CALLINI EPHESII

TYRTAEI APHIDNAEI ASII SAMII

CARMINUM

QUAE SUPERSUNT.

DISPOSUIT EMENDAVIT ILLUSTRAVIT

NICOLAUS BACHIUS.



LIPSIAE 1831

SUMTIBUS FRID. CHR. GUIL. VOGELII.

PHILOLOGIS INGENIOSISSIMIS

FRANCISCO PASSOVIO

ET

IOANNI SCHULZIO

VIRIS

INTIMO AMICITIAE VINCULO

INTER SE CONIUNCTIS

DEDICAT

SCRIPTOR.

Accipietis hoc parvum opusculum, viri clarissimi, Vratislaviae quidem lucubratum et subactum, sed ab Rheno Patre ad vos mittendum et hacce epistola benevolentiae vestrae commendandum. Iucundum enim pietatis officium idemque durissimum ex Silesia me revocavit ad Taborem montem, patrium oppidulum, haud procul ab Rheno et Mosella confluentibus situm. Durissimum dico officium, quia patris dilectissimi lugeo interitum, qui d. V. a. Idus Ianuarias sub dio inambulans, septem diebus post te, Passovi, apoplexi arreptus, non velut tu, amicissime, feliciter restitutus est, sed (proh dolor!) subito periit, neque uxori piissimae neque liberis suis, quos modo salvus domi reliquerat, bona faustaque verba apprecatus, id quod ipsi iam vivo, olim morituro, semper erat in votis. Sed nobis (ut Taciti verbis meum quoque dolorem exprimere liceat) praeter acerbitatem parentis arrepti auget maestitiam, quod assidere valetudini, fovere defi-

cientem, satiari vultu, complexu non contigit: excepissemus certe mandata vocesque, quas penitus animo figeremus. Noster hic dolor, nostrum vulnus: mihi tam longae absentiae conditione ante quinquennium amissus es. Omnia sine dubio, optime parentum, superfuere honori tuo, paucioribus tamen lacrimis compositus es, et novissima in luce desideravere aliquid oculi tui. — Ipse paullo ante diem supremum litteras ad me scripserat pater quam hilarissimas, in iisque omni quo solebat desiderio illud potissimum amplexus erat temporis momentum, quo me una cum uxore suavissima, quam nunquam oculis erat conspicaturus, praesentem ad patrios Penates familiaresque salutaret. Nunc me quidem praesentem intuentur Penates, patrem vero una mecum aegre desiderant ac deplorant ex ipsorum penetralibus abreptum, virum, dum esset in vivis, non minus iuris peritissimum, quam omnis humanitatis maximeque poesis ac philosophiae usque ad senectutis vestibula sua osissimum, quippe qui olim Gottingae Bürgeri, Gattereri, Pütteri, Spittleri aliorumque virorum perillustrium non solum lectionibus, sed etiam familiaritate uteretur, deinde a Püttero commendatus, apud Joannem Müllerum, rerum gestarum censorem subtilissimum, tunc temporis Vindobonae Tirolensium rationes procurantem, scribae munere perfungeretur eius-

que colloquiis et consuetudine ultra totius anni spatium gauderet. Mox per Helvetiam in patriam reversus, ad breve tempus in Gallorum quam dixerunt re publica Notarii provinciam suscepit: cuius regiminis fragilitatem ac debilitatem quum penitus perspexisset, trans Rhenum in Germaniam rediit seque in patrio oppidulo caussarum patronum professus est. Talis autem pater quanto amore atque cura me educandum complexus sit, quam scite prudenterque naturae imprimis et honesti studium in pueri iam animo excitaverit ideinque per omnem iuvenilem aetatem foverit ac servaverit, mente potius perspicere quam verbis exprimere possum: πατὴρ δ' ὣς ἤπιος ἦεν.

Sed iam, ut eo redeam, unde deflexit oratio mea, animum vobis declarare volui quem habeo erga vos gratissimum, et primum quidem tibi, Schulzi, vir amplissime, utpote qui mihi non solum, dum Berolini commorarer, sapienti consilio omnique praesidio opitulatus sis, sed eidem postea quoque in Silesiam relato continua benevolentiae specimina dare haud iniquum existimaveris. Tu autem, Passovi candidissime, cuius consuetudine nihil in vita carius, nihil iucundius mihi obtigit, statim ab initio, quo primum te adii et magis etiam postea, ubi animum tuum ad veram ac sinceram amicitiam natum esse cognovi, me integerrima

quaque prosequutus es humanitate ac familiaritate, neque unquam et studiis et rebus meis favere desiisti.

Insignis huius benevolentiae meritam vobis gratiam, optimi viri, iusta pietate memorique mente persoluturus, sincerum hocce vobis offero pignus amoris — *δόσιν δ' ὀλίγην τε φίλην τε* — quod ut hilari vultu excipiatis, utrumque vestrum rogatum esse volo.

Datum mense Septembri a. MDCCCXXX.

INDEX VOCABULORUM.

(Littera K. denotat *Callinum*, T. *Tyrtaeum*, A. *Asium*.)

A.

B.

Γ.

Δ.

E.

εὐειδὴς Α. 5.
εὐθὺς Τ. 2, 8.
εὐκλεΐζειν Τ. 8, 24.
εὐρύχορος Τ. 3, 2.
Εὐρώπη Α. 8.
εὖτε — κίχοι Τ. 5, 5.
εὔτολμος Τ. 11, 4.
ἔγχος ἀγλαὸν αἰχμῆς Τ. 8, 36.

Ζ.

Ζεὺς Τ. 1, 2. 7, 2. Α. 3, 3.
Ζωμὸς Α. 1, 3.

Η.

ἥβη ἐρατή Τ. 6, 28.
ἡμίθεοι Κ. 1, 19.
ἥμισυ Τ. 5, 3.
ἠνεμόεις Τ. 1, 3.
Ἡρακλεῖδαι Τ. 1, 2.
Ἡρακλῆς Τ. 7, 1.
Ἥρη καλλιστέφανος Τ. 1, 1. Α. 2, 2.
ἧσθαι Κ. 1, 4.
Ἡσιονῆες Κ. 5.

Θ.

θαρσεῖν Τ. 7, 2.
θαρσύνειν Τ. 8, 19.
Θεμιστώ Α. 9.
Θεόπομπος Τ. 3, 1.
θεοτίμητος Τ. 2, 5.
* θηητὸς ἰδεῖν Τ. 6, 29.
θνήσκειν περὶ παίδων Τ. 6, 14.
θοῦρις ἀλκή Τ. 8, 9.
θοῦρος Ἄρης Τ. 8, 34.
θυμὸς ταλασίφρων Τ. 4, 2.
θυμὸν μέγαν ποιεῖσθαι ἐν φρεσί Τ. 6, 17.
— τλήμονα παρατίθεσθαι Τ. 8, 18.
— ἀποπνείειν ἐν κονίῃ Τ. 6, 24.
— ὀλλύναι Τ. 8, 23.
θυμῷ μάχεσθαι Τ. 6, 13.
θυμῷ πειρᾶσθαι Τ. 8, 44.
θῶκος Τ. 8, 39.

Ι.

ἰθὺς ἴτω Κ. 1, 9.
— ἀσπίδ' ἀνὴρ ἐχέτω Τ. 7, 4.
Ἰθωμαῖος Τ. 4, 5.
Ἰκάριος Α. 6.
ἱμερόεις Τ. 2, 6.
ἴτυς Τ. 11, 3.

Κ.

κακότης Τ. 6, 10.
καλλιστέφανος Τ. 1, 1.
Κάλχας Κ. 7.
κάρη λευκόν Τ. 6, 23.
καρπὸς Τ. 5, 3.
κάρτος Τ. 2, 11.
κατακεῖσθαι Κ. 1, 1.
καταλείπειν Τ. 6, 20.
κατελέγχειν Τ. 6, 9.
κήδειν Τ. 8, 28.
κεῖσθαι Τ. 6, 22.
κὴρ τανηλεγέος θανάτοιο Τ. 8, 35.
κῆρες μέλαιναι θανάτου Τ. 7, 5.
Κιμμέριοι ὀβριμοεργοί Κ. 2, 5.
κίνασις Ἄρεως Τ. 12.
Κινύρας Τ. 8, 6.
κιχάνειν Κ. 1, 15. Τ. 5, 5.
κνισοκόλαξ Α. 1, 2.
κονίη Τ. 6, 24. 7, 19.
κορύμβη χρυσέη Α. 2, 5.
κότε Κ. 1, 1.
κοτὲ Κ. 1, 8. 4, 2.
κουριδίη ἄλοχος Κ. 1, 7. Τ. 6, 6.
κρατερόφρων Κ. 1, 18.
Κροῖσος Α. 7.
Κρονίων Τ. 1, 1.
κτενίζεσθαι Α. 2, 1.
κύεσθαι Ζηνί Α. 3, 3.
Κύκλωπες Τ. 8, 3.
κῦμα μάχης Τ. 8, 22.

INDEX LOCORUM
EX QUIBUS FRAGMENTA COLLECTA SUNT.

CALLINUS EPHESIUS.

CALLINUS[1]), poeta elegiacus, quanquam Ephesius fuisse traditur[2]), pari tamen iure Smyrnaeus vocari possit. Etenim Strabo (XIV, 1, 4.) memoriae prodidit Ephesios atque Smyrnaeos olim fuisse *συνοίκους*, unde Ephesus Smyrnae quoque nomine designata esset et Callinus ipse Ephesios appellasset Smyrnaeos. Praeterea idem Strabo Smyrnam quandam Amazonem in medium profert, quae Ephesum cepisse eiusque incolis nomen Smyrnaeorum imposuisse perhibetur. Postea autem contigit, ut metropolis nomen principale retineret, Smyrnaeque agnomen transferret ad coloniam, quam deduxit in septentrionalem Ioniae partem.

---

1) Ruhnkenius in hist. crit. orator. Gr. p. XLII. sq. exemplis demonstravit triplicem extitisse formam eorum nominum, quae in *—ῖνος* desinerent: *—ῖνος*, *—ίνοος*, *—ίνους*. Favet Terentianus Maurus de Metris 1721. *Quidam non dubitant dicere Callinoum.* Ubi cf. Santen. p. 284. Praeterea Mar. Victorin. Art. gramm. III. p. 2555. laudat *Callinoum Ephesium.* Ruhnkenium sequuti sunt grammatici recentiores, Buttmannus I. p. 156, 3. Matthiae I. p. 152. Thierschius p. 79, 3. statuentes altera littera *o* elisa syllabam penultimam esse productam. Quod tamen quomodo et quibus legibus fieri potuerit quum nemo comprobaverit, forma genuina ac vetustissima fuisse videtur *Καλλῖνος*, cuius explicandae caussa posteriore demum aetate arcessitae sint formae recentiores *Καλλίνοος* atque *Καλλίνους*.

2) Photii Bibl. p. 319. b. 11. ed. Bekker. Mar. Victorin. l. c.

Dieser Carton ist gehörigen Orts einzubinden.

Iam in ipso Callini nomine explicando viam satis lubricam ingredi mihi videare, si id ex vocabulis *κάλλος* atque *νόος* sive *νοῦς* compositum esse statueris, inductus potissimum forma, quam seriori aetati assignandam esse censemus, *Καλλίνοος* vel *Καλλίνους*. Neque eum probabilem rationem etymologicam sequutum esse dixeris, qui *Καλλῖνον* sibi finxerit *καλὸν* esse *Λίνον*, sive Linum, poetam antiquissimum, cognomine honorifico ornatum. Huic nimirum prodiret necesse erat aut *Καλλίλινος* [3]), quemadmodum *καλλίκομος*, *καλλικράτης*, *καλλίξεινος*, *καλλίμαχος*, *καλλίνικος κ. τ. λ.* aut *Καλόλινος*, ut *καλογνώμων*, *καλοήθης*, *καλόμορφος*. Ponamus etiam in nomine *Καλλῖνος* elisam esse syllabam *λι*, tamen refragatur syllabae penultimae ratio, quae in vocabulo *Λίνος* [4]) corripitur, in *Καλλῖνος* autem producitur. Itaque scribendum esset *Κάλλινος*, quod vulgo legitur apud Athenaeum XII. p. 225. C. ut *αἴλινος*, *αἰνόλινος*, *ἀκρόλινος* et *οἰτόλινος*, non *Καλλῖνος*, quod exhibent scriptores plerique, Strabo aliquot locis, Clemens Alexandrinus Strom. I. p. 398. Orion Thebanus p. 58, 9. Photius Bibl. p. 319. b. 12. Eustathius ad Homeri Odyss. p. 1885. 51. Unicum Etymologicum Gud. p. 180, 8. habet *Καλλίνον*, quod tamen propius accedit ad scripturam *Καλλῖνον*, quam *Κάλλινον*.

Via autem longe facilior nobis videtur ea, qua regredientes ex substantivo *κάλλος* derivamus appellativum *Καλλῖνος* [5]), quod denotet quasi pulcritudinis ac

---

3) Ita Welckerus in Zimmermanni Diario Scholast. a. 1830. num. 4. p. 30. „Der Name des ältesten bekannten elegischen Dichters Kallinos, d. i. Kallilinos, erinnert an die herrschende Vorstellung von diesem persönlichen Linos."

4) V. Homeri Il. σ. 570. cf. Heynii Annot. T. VII. p. 553.

5) Similes formas suppeditant nomina propria *Ἀρκτῖνος*, *Ἀρχῖνος*, *Ἐργῖνος*, *Εὐπαλῖνος*, *Ἰκτῖνος*, *Κρατῖνος*, *Σκασῖνος*, *Φιλῖνος*, *Χαρμῖνος*, *Χαροπῖνος*, alia. Quibus aptissime conveniunt feminina *Ἐκαλίνη*, *Εὐκολίνη*, *Μυρίνη*, *Φιλίνη*, quorum syllaba penultima identidem producta est. v. Naekii dissertation. de

venustatis ministrum vel coryphaeum, qualem admirari solemus quum in poetarum tum in artificum operibus. Eius generis appellativa in antiquissima Graecorum historia sunt frequentissima, *Δαίδαλος*, *Μουσαῖος*, *Ὅμηρος*, *Ἡσίοδος*, *Στησίχορος* atque alia permulta, quae ad artem spectantia hoc loco recitare longum est. Sic constat Mimnermo fuisse cognomen Ligyrtiadae, haud dubie ad artem sive poeticam sive musicam, quam aut ipse aut universa eius familia exercebat, referendum [6]), veluti patronymica notissima Homeridarum et Daedalidarum. Quanquam Callinidae nusquam memorantur, proprie tamen Callini nomen appellativum fuisse videtur familiae cuiusdam poeticae, quae elegiacis potissimum carminibus operam suam dedicaverit, ad instar Homericae et Hesiodeae, epicorum imprimis poetarum feracissimae. Iam vero ex illa poetarum familia, ut ita dicam, elegiaca circa Olympiadum primordia prodisse statuendus est Callinus Ephesius, cuius nomen atque gloria ceteros iam ante Callinum de eadem arte et fovenda et excolenda meritissimos tantopere obscuravit, ut illorum nomina oblivione ac tenebris obruerentur. Hinc factum, ut Callinus elegiae non solum princeps, sed etiam inventor haberetur: qua de re plura a nobis exposita sunt in commentatione Germanice scripta de origine atque

---

Callimachi Hecale p. 8. Accedunt gentilia *Ἀκραγαντῖνος*, *Ἀμοργῖνος*, *Ἐρυθῖνος*, *Λατῖνος*, *Λεοντῖνος*, *Ῥηγῖνος*, *Ταραντῖνος* κ. τ. λ. Denique adiectiva *ἀγχιστῖνος*, *μυρῖνος*, *προμνηστῖνοι* et substantivum *ἰκτῖνος* praeter formam vulgarem *ἰκτίν*. Itaque hoc statuendum mihi videtur, nomina vetustissimae notae desinentia in —*ῖνος* non esse composita ex duobus vocabulis, quorum alterum fuerit *νόος*, sed primitus ad unum tantummodo redisse vocabulum cum terminatione —*ῖνος*, unde postea demum fictae sunt formae exeuntes in —*ίνοος* vel —*ίνους*, quales apud Homerum extant in nominibus *Ἀλκίνοος*, *Ἀντίνοος*, *Ἀρσίνοος*, *Ἰφίνοος*.

6) V. ad Mimnerm. p. 7. sq.

notione Graecorum poesis elegiacae, Zimmermanni Diario scholastico inserta a. 1829. num. 133—136.

Quum igitur Callinum Ephesi floruisse certissimum sit, restat, ut circumspiciamus, quonam temporis spatio carminibus elegiacis cives suos ad virtutem ac fortitudinem excitaverit. Res sane quam difficillima, ab aliis diu multumque iam tractata. Sed agedum novum faciamus periculum. Apud veteres ipsos de Callini aetate non satis certa testimonia extitisse videntur, propterea quod dubitarunt, uter natu maior fuisset, Callinus an Archilochus. Iam vero constat inter omnes Herodoto [7]) auctore Archilochum fuisse sub Gyge Lydorum rege, vel, ut Cicero [8]) testatur, Romulo regnante, vel denique eundem, ut alii scriptores [9]) memoriae prodiderunt, floruisse circa Olympiadem XXIII. Hinc autem, nisi veterum de Callini et Archilochi aetate prorsus ineptas fuisse dubitationes concesseris, luce clarius convincitur Callini florem haud ita multum ab Olympiadum initio abfuisse. Atque Strabo (XIV, 1, 40.) Callinum ait Magnetum mentionem fecisse opibus iam vigentium, Archilochum vero cladem cognitam habuisse, quam Treres Magnetibus inflixissent; unde ipse conclusit Archilochum fuisse

---

7) Herodot. I, 12. Candaulem a Gyge interfectum esse narrans ita pergit: *τοῦ [Γύγεω] καὶ Ἀρχίλοχος ὁ Πάριος, κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον γενόμενος, ἐν ἰάμβῳ τριμέτρῳ ἐπεμνήσθη.* Sed fac etiam interpolatum esse hunc Herodoti locum, rem tamen ibi expositam verissimam esse sequitur ex ipsius Archilochi fragmento II. p. 60. sq. ed. Liebel. Vindob. cf. p. 5. sq.

8) Tusculan. I, 1, 3. „Nam quum apud Graecos antiquissimum sit e doctis genus poetarum, si quidem Homerus fuit et Hesiodus ante Romam conditam, *Archilochus regnante Romulo*, serius poeticam nos accepimus.“ —

9) Tatian. ad Graecos p. 109. *Ὁ δὲ Ἀρχίλοχος ἤκμασε περὶ Ὀλυμπιάδα τρίτην καὶ εἰκοστὴν κατὰ Γύγην τὸν Λυδὸν [ὕστερον] τῶν Ἰλιακῶν ἔτεσι πεντακοσίοις.* cf. Eusebii praeparat. evang. p. 492. Cyrill. c. Iulian. p. 12. Syncell. Chron. p. 180. Liebel. ad Archiloch. p. 8.

Callino iuniorem: *Καὶ τὸ παλαιὸν δὲ συνέβη τοῖς Μάγνησιν ὑπὸ Τρηρῶν ἄρδην ἀναιρεθῆναι, Κιμμερικοῦ ἔθνους, εὐτυχήσαντος πολὺν χρόνον· τῷ δ' ἑξῆς ἔτει Μιλησίους κατασχεῖν τὸν τόπον. Καλλῖνος μὲν οὖν ὡς εὐτυχούντων ἔτι τῶν Μαγνήτων μέμνηται καὶ κατορθούντων ἐν τῷ πρὸς Ἐφεσίους πολέμῳ· Ἀρχίλοχος δὲ ἤδη φαίνεται γνωρίζων τὴν γενομένην αὐτοῖς συμφοράν,*

κλαίειν Θαλασσῶν, οὐ τὰ Μαγνήτων κακά.[10])

ἐξ οὗ καὶ τὸ νεώτερον εἶναι τοῦ Καλλίνου τεκμαίρεσθαι πάρεστιν. ἄλλης δέ τινος ἐφόδου τῶν Κιμμερίων μέμνηται πρεσβυτέρας ὁ Καλλῖνος, ἐπὰν φῇ·

Νῦν δ' ἐπὶ Κιμμερίων στρατὸς ἔρχεται ὀβριμοεργῶν.

ἐν ᾗ τὴν Σαρδέων ἅλωσιν δηλοῖ. — Eodem argumento usus est Clemens Alexandrinus Strom. I. p. 398. *Μέμνηται γοῦν, [Ἀρχίλοχος] καὶ τῆς Μαγνήτων ἀπωλείας προς-*

---

10) Falsum est, quod Franckius Callin. p. 89. annotavit, constantem fere Codicum lectionem esse hancce:

κλαίειν τὰ Θᾶσσον, οὐ τὰ Μαγνήτων κακά.

Primum enim articulus ante *Θᾶσσον* omnino deest, deinde pro *οὐ* scribitur *οὖ*. Pro vulg. *Θᾶσσον* in Codd. Paris. 1. Bre. Mosc. extat *Θάσσων*, in Med. 3. *Θείων*. Lectio prorsus diversa reperitur apud Heraclid. Pont. fragm. XXII. p. 15. ed. Koeler

κλαίω Θαλασσῶν, οὐ τὰ Μαγνήτων κακά.

Varia tentarunt viri docti, quae omnia recoquere longum est. Franckii coniectura: *κλαίοντα Θάσσον, οὗ τὰ Μ. κ.* fundamento imposita est ficto, non vero. Recte autem vidit Koelerus p. 67. *τὸ κλαίειν* in Strabonis loco non esse Archilochi, sed Strabonis, illud praecedenti *φαίνεται* aptantis. Itaque Archilochi versus probabiliter incepit ab indicativo *κλαίω*. Deinde facilius est explicatu, quomodo ex *Θαλασσῶν* librariorum oscitantia effecerit *Θάσσων*, quam vice versa. Nihil igitur impedit, quominus Archilochi versum talem fuisse statuamus, qualem scriptum reliquit Heraclides. Explica: *Deploro marium* (subintellige *κακά*, *tempestates*), *non Magnetum calamitates*. Magnesiae scilicet excidium in proverbium abierat, quo Archilochus usus est, ut suorum malorum descriptionem etiam augeret.

φάτως γεγενημένης. Σιμωνίδης [ὁ Ἀμοργῖνος] μὲν οὖν κατὰ Ἀρχίλοχον φέρεται· Καλλῖνος δὲ πρεσβύτερος οὐ μακρῷ· τῶν γὰρ Μαγνήτων ὁ μὲν Ἀρχίλοχος ἀπολωλότων, ὁ δὲ εὐημερούντων μέμνηται.

Iam primum quod attinet ad Magnetum excidium, quaeritur, utrum Magnesia ad Maeandrum an ad Sipylum sita hoc loco intelligenda sit: cui quaestioni Ruhnkenius ad Velleium Paterculum I, 4. p. 14. ita respondit, ut omnibus fere locis, ubi Magnesia sine cognomine commemoretur, Magnesiam Maeandri significari ostenderit. Huic autem Magnesiae simpliciter dictae plaga illa a Treribus iniecta esse videtur aliquot annis ante Olympiadem XVIII., quo quidem tempore Candaules, Lydorum rex, interisse dicitur, Plinio auctore: „Quid, inquit, quod in confesso perinde est Bularchi pictoris tabulam, in qua erat Magnetum proelium, a Candaule, rege Lydiae Heraclidarum novissimo, repensam esse auro? Tanta iam dignatio picturae erat. Id circa aetatem Romuli acciderit necesse est: duo enim de vicesima Olympiade interiit Candaules, aut, ut quidam tradunt, eodem anno quo Romulus.“ [11]) Dubitari quidem potest, utrum Bularchi pictura cladem a Treribus, an ab alia quadam gente Magnetibus inflictam repraesentaverit. Iam praeter Trerum invasionem nulla Magnetum ante Candaulis regnum memoratur clades, nisi in bello contra Ephesios accepta, quae tamen non paravit Magnetum *excidium*, in Bularchi tabula pictum, sed ita potius se habuit, ut Magnetes, Strabone quidem auctore, κατορθοῦντες permanerent ἐν τῷ πρὸς Ἐφεσίους πολέμῳ. Itaque Magnetum *excidium* non ad Ephesios referendum est, sed ad Treres, qui antiquitus (τὸ παλαιὸν) Magnesiam funditus sustulisse narrantur (ὑπὸ Τρηρῶν

---

11) Hist. nat. XXXV, 8, 34. cf. VII, 38. „Candaules rex Bularchi picturam Magnetum excidii mediocris spatii pari rependit auro.“ cf. Clintoni Fast. Hellen. p. 310. ed. Lips.

ἄρδην ἀναιρεθῆναι). Et quoniam aetas Candaulis convenit etiam tempori, quo floruit Archilochus, vero simillimum esse videtur Bularchum illud Magnetum excidium pinxisse, quod a Treribus illatum Archilochus in carminibus commemoravit.

Quae quum ita sint, hoc saltem pro comperto habeas necesse est, Callinum iam ante Candaulis imperium vixisse; sed restat indagandum, quod tandem fuerit illud temporis spatium, quo Callinus Ephesi floruerit. Supra iam vidimus Callinum in carminibus Cimmeriorum mentionem iniecisse, qui Sardes deleverant. Sardes autem ter captas esse narrat Callisthenes apud Strabonem XIII, 4, 8. *φησὶ δὲ Καλλισθένης ἁλῶναι τὰς Σάρδεις ὑπὸ Κιμμερίων πρῶτον, εἶθ' ὑπὸ Τρηρῶν καὶ Λυκίων, ὅπερ καὶ Καλλῖνον δηλοῦν, τὸν τῆς ἐλεγείας ποιητήν. ὕστατα δὲ τὴν ἐπὶ Κύρου καὶ Κροίσου γενέσθαι ἅλωσιν.* Idemque Strabo Cimmerios refert iam circa vel paullo ante Homeri aetatem in Ioniam et Aeolidem invasisse[12]); unde

12) Strabon. lib. I. p. 6. *Καὶ μὴν καὶ τὸν Κιμμερικὸν Βόσπορον οἶδε [Ὅμηρος], τοὺς Κιμμερίους εἰδώς, οὐδήπου τὸ μὲν ὄνομα τῶν Κιμμερίων εἰδώς, αὐτοὺς δὲ ἀγνοῶν, οἳ κατ' αὐτὸν ἢ μικρὸν πρὸ αὐτοῦ μέχρις Ἰωνίας ἐπέδραμον τὴν γῆν τὴν ἐκ Βοσπόρου ἅπασαν.* Eandem famam repetit lib. II. p. 149. *καὶ γὰρ καθ' Ὅμηρον ἢ πρὸ αὐτοῦ μικρὸν λέγουσι τὴν τῶν Κιμμερίων ἔφοδον γενέσθαι, τῶν μέχρι τῆς Αἰολίδος καὶ τῆς Ἰωνίας.* Integritatem huius narrationis refutare studet Fridericus Thierschius in dissertatione de Gnomicis carminibus Graecorum, Actis philologorum Monacensium inserta Vol. III. p. 574. sq. „Nam si Homerus Cimmeriorum expeditiones cognitas habuisset, non sane eis inter Manes et aeternas tenebras sedes assignasset. Sunt enim apud eum:

ἠέρι καὶ νεφέλῃ κεκαλυμμένοι· οὐδέ ποτ' αὐτοὺς
Ἠέλιος φαέθων ἐπιλάμπεται ἀκτίνεσσιν,
ἀλλ' ἐπὶ νὺξ ὀλοὴ τέταται δειλοῖσι βροτοῖσιν.
Οδ. λ, 15. sqq.

Patet non populum armis potentem et Asiae isto tempore fere dominum describi, sed fabulosa omnia, homines miseros, solis

conficitur hanc primam fuisse Sardium expugnationem, alteram Callini aetate factam a Treribus, gente Cimmerica.[13]) Sed inter secundam et tertiam Sardium expugnationem a Callisthene laudatam quarta est inserenda, ab illo quidem nescio quam ob rem prorsus omissa, sed ab Herodoto (I, 15.) memoriae mandata, qui de Ardye, Gygis filio, agens: *ἐπὶ τούτου τε*, inquit, *τυραννεύοντος Σαρδίων Κιμμέριοι ἐξ ἠθέων ὑπὸ Σκυθέων τῶν Νομάδων ἐξαναστάντες, ἀπικέατο ἐς τὴν Ἀσίην, καὶ Σάρδις πλὴν τῆς Ἀκροπόλεως εἷλον.* Iam Dodwellius quidem in Exercit. II. de aetate Pythagorea p. 109. sq. alteram illam Sardium expugnationem a Callisthene memoratam eandem esse, quam Herodotus sub Ardyis imperio factam esse tradit. Sed huic coniecturae adversantur ea, quibus antea demonstratum est Callinum iam ante Candaulis imperium floruisse. Itaque quum Cimmerios sive Treres saepius in Asiam minorem impetus fecisse nar-

---

luce carentes, aeterna caligine oppressos." — Primum quod attinet locum illum ex Odyssea prolatum, quaeritur, num ab eodem poeta profectus sit, qui Iliadem et omnino vetustissimas carminum Homericorum rhapsodias condidit, an ad seriorem aetatem detrudendus. Deinde dubia etiam est lectio *Κιμμερίων*, quoniam Aristarchus atque Crates *Κερβερίων* scripsisse dicuntur. V. Schol. Harlei. et Eustath. ad. h. l. Etym. M. p. 513. Schol. ad Aristophan. Ran. 187. Denique si vere tradidit Strabo Homeri aetatem in ea tempora incidisse, quibus Cimmerii primum in Asiam impetum fecissent, hinc minime sequitur, eundem huius expeditionis descriptionem carminibus suis inserere oportuisse, quippe qui ne Heraclidarum quidem in Peloponnesum descendentium ullam in carminibus fecerit mentionem. Itaque Thierschius sine iusta ratione Strabonis narrationem impugnavit neque recte sibi persuasit Cimmeriorum irruptionem ex Homeri aevo esse tollendam.

13) Strabo XIV, 1, 40. *ὑπὸ Τρηρῶν, — Κιμμερικοῦ ἔθνους.* Idem I. p. 61. *Κιμμέριοι, οὓς καὶ Τρῆρας ὀνομάζουσιν, ἢ ἐκείνων τι ἔθνος.*

retur,[14]) facile accidere potuit, ut Callisthenem eam Sardium expugnationem, in qua acropolim non ceperunt, aut prudenter aut imprudenter praeteriret.

Ex omnibus, quae hactenus sunt disputata, nihil probabilius consequitur, quam Callinum neque primam neque tertiam (a Callisthene praetermissam), sed eam, quae inter utramque in medio posita est, Sardium expugnationem in carminibus elegiacis respexisse. Huic sententiae confirmandae accedit argumentum haud sane levissimum, quod Callisthenes in prima incursione Cimmerios, totius populi nomen, in altera autem Treres, peculiarem Cimmeriorum gentem, Sardium expugnatores designavit, et Callinus ipse gentem illam non solum communi Cimmeriorum, sed etiam peculiari Trerum nomine significavit, ut apparet ex fragmento 3. *Τρήρεας ἄνδρας ἄγων.* Iam si quaeritur, quonam tempore Sardes iterum a Treribus sint captae, nihil sane in promptu est, quod certe numerisque absolutis respondeatur. Itaque media quaedam ingredienda est via, quae, etiamsi non ad finem ipsum perducat, ei tamen magis nos possit appropinquare. Ac si cum iis, qui minimum dicunt, Homeri aetatem centum et triginta annis Olympiadum initio anteponamus, atque Ardyis extremum vitae tempus, quo Sardes tertium a Treribus captae sunt, circa Olympiadem XXXVI. collocemus; vero haud prorsus absimile fuerit alteram Sardium expugnationem circa Olympiadum primordia aut etiam paullo superius constituere. Huic enim coniecturae opem fert Orosius I, 21. p. 79. ed. Havercamp. qui anno ante urbem conditam trigesimo: „Amazonum gentis, inquit, et Cimmeriorum in Asiam repentinus incursus plurimam diu late vastationem stragemque edi-

---

14) Strabo I. p. 61. *Οἵ τε Κιμμέριοι, — πολλάκις ἐπέδραμον τὰ δεξιὰ μέρη τοῦ Πόντου καὶ τὰ συνεχῆ αὐτοῖς, ποτὲ μὲν ἐπὶ Παφλαγόνας, ποτὲ δὲ καὶ Φρύγας ἐμβαλόντες.*

dit.“ Quod quidem temporis spatium optime quadrat in Strabonis ratiocinationem, utpote Archilochum iuniorem iudicantis, quam Callinum. Archilochus autem ad minimum iam vixit circa Olympiadem XX. Quid? si ponamus Magnetes aut circa initium regni Candaulis aut paullo ante a Treribus esse extinctos, an non probabile videatur eosdem Treres, antequam ad Magnesiam usque processerant, brevi ante tempore Sardes iam expugnasse, unde ad plerasque Asiae minoris regiones devastandas castra moverent? Iam vero Callinus, qui antea Ephesios in bello cum Magnetibus gesto carminibus elegiacis ad virtutem excitasse videtur, maiori etiam impetu omniumque virium nisu civium suorum animos commovisse putandus est, ut contra Cimmeriorum sive Trerum invasionem, qui iam Sardes aliasque Asiae regiones delevissent, arma pararent:

Νῦν δ' ἐπὶ Κιμμερίων στρατὸς ἔρχεται ὀβριμοεργῶν.

Nimirum hunc versum spectare ad Cimmeriorum incursionem nemo est fere, qui non concedat. Sed utrum amplius illud fragmentum, a Stobaeo servatum, ad hancce Cimmeriorum expeditionem, an ad bellum, quod Ephesii Magnetibus intulerunt, referri liceat, adhuc sub iudice lis est, semperque, nisi nova prodierint monumenta, permanebit. Sed possit etiam aliquis opponere, siquidem Treres eodem fere tempore, quo manus cum Ephesiis conseruerunt, Magnesiam quoque funditus delevissent, Callinum huius rei testem fuisse, neque iure ideo Strabonem eiusque auctores provocasse Callinum Magnesiae adhuc vigentis memorem, ut demonstrarent illum fuisse Archilocho superiorem. Bene. Atqui eodem modo contendere licet, quamvis Callinus Magnetes *εὐτυχοῦντας* multisque rebus florentes descripsisset, eundem tamen postea, ubi Treres omnem paene Asiam minorem obruturi erant, cives suos, ut antea, carmine adversus hostes concitasse, ipsum vero aut in proelio esse occisum, aut in posterum senectutem egisse quietam, neque distichis

amplius inclusisse animi furorem atque impetum; ita ut neque Magnesiae excidium, eodem fere tempore a Treribus factum, in Callini carminibus laudari posset.

Iam si posueris Magnesiam aliquot annis ante initium regni Candaulis (Olymp. XV.) a Cimmeriis esse eversam, Callini aetatem iterum habebis haud ita procul ab Olympiadum primordiis remotam: in quo quidem numero, ut ita dicam, rotundo cautissimum sane fuerit acquiescere, praesertim in re tam incerta atque ipsa vetustate obscurata.

Haec quidem, quam sequuti sumus, ratio nobis videbatur simplicissima atque vero simillima, veterum scriptorum de Callini aetate testimonia minus perspicua ad summam quandam iudicii redigendi. Aliis aliter est visum, quorum sententias diligenter examinavit Ioannes Valentinus Franckius in libro doctissimo, qui inscribitur: *Callinus sive quaestionis de origine carminis elegiaci tractatio critica, Altonae et Lipsiae* 1816. Attamen quum Franckius ipse viam ingressus sit ab nostra diversissimam, operae quidem pretium esse videtur illius argumenta oculis quam acerrimis perlustrare.

Iam primum Athenaeus (XII. p. 525. C.) in arenam descendit, Straboni adversa fronte repugnaturus: *Ἀπώλοντο δὲ καὶ Μάγνητες οἱ πρὸς τῷ Μαιάνδρῳ διὰ τὸ πλέον ἀνεθῆναι, ὥς φησι Καλλῖνος ἐν τοῖς ἐλεγείοις καὶ Ἀρχίλοχος. ἑάλωσαν γὰρ ὑπὸ Ἐφεσίων.* Franckius autem p. 92. recte perspexit Athenaeum ob oculos habuisse eorum grammaticorum interpretationem, qui Archilochi versum supra laudatum referrent ad Magnetum plagam ab Ephesiis, non a Cimmeriis vel Treribus acceptam. Quam ob rem probabiliter etiam suspicatus est inde omnem istam Grammaticorum profectam esse contentionem de utroque poeta, carminis elegiaci quem perhibebant inventore, ita ut nonnulli, ex quorum partibus Strabo et Clemens Alexandrinus stetissent, Callinum, alii Archilochum elegiae inventorem censerent; sed alteram hanc partem

Grammaticorum ait ad alia fortasse argumenta provocasse, quibus Archilochum inventorem ideoque Callini certe aequalem fuisse doceret, eosque ex temporum ratione ostendisse Archilochum antiquiorem esse Callino. Atque hoc etiam Franckius recte perspexit, *τὰ Μαγνήτων κακά*, quae in Archilochi versu proverbii instar usurpentur, ad calamitatem spectare ingentem, qualis illa fuerit, quam Treres, non quam Ephesii Magnetibus intulissent. Neque ideo Theognidis disticha v. 603. sq.

Τοιάδε καὶ Μάγνητας ἀπώλεσεν ἔργα καὶ ὕβρις,
οἷα τὰ νῦν ἱερὴν τήνδε πόλιν κατέχει.

et v. 1103. sq.

Ὕβρις καὶ Μάγνητας ἀπώλεσε καὶ Κολοφῶνα
καὶ Σμύρνην. πάντως, Κύρνε, καὶ ὔμμ' ἀπολεῖ.

Welckero quidem (p. 114.) et Webero (p. 416.) interpretibus, ad Ephesios, sed nobis ad Treres potius, qui Magnesiam funditus deleverunt, referenda esse videntur.

Deinde Franckius p. 114. sqq. merito refutavit Burettum, qui, ut Magnetum illud quod diximus excidium sub Ardye demum factum esse ostenderet, Bularchi pictoris tabulam, de qua supra iam disputatum, omnino unquam fuisse contra Plinii auctoritatem negare ausus est. Neque hanc Buretti arrogantiam solam explosit Franckius, sed addit etiam ignorantiam: „Quid? inquit, quod Magnesia ab ea Cimmeriorum vel, si mavis, Trerum turba, quae Herodoto auctore sub Ardye Asiam occupavit, ne potuit quidem everti. Memineris enim post deletam Magnesiam, ut e Strabone ante vidimus, proximo anno agrum esse a Milesiis occupatum. Hos vero ex Herodoto (I, 17. 18.) constat, Cimmeriis nondum fugatis, per sex annos a Sadyatte et deinceps per proximos quinque ab Alyatte, qui expulit istam Cimmeriorum turbam, esse vexatos. Atqui nequaquam est verisimile cepisse eos, neglecta contra Lydos defensione, Agrum Magnetum, vixdum a Cimmeriis relictum, quum praesertim, narrante eodem Herodoto, omni Ionum ca-

rerent auxilio, Chiis tantum, quibus ante ipsi tulerant opem, exceptis. Contra circa initium imperii Candaulis copias habebant Milesii, quibus tenerent agrum, et otium, ut colerent a Cimmeriis devastatum. Quodsi nihil obstat Plinianae sententiae, alteram autem opinionem non modo nihil tuetur, sed etiam evertit haec Strabonis narratio de agro Magnetum postero anno a Milesiis occupato: necessario credendum est, quod in confesso esse Plinius dicit, in illa Bularchi tabula, a Candaule repensa auro, excidium expressum fuisse Magnetum."

Callisthenem supra iam vidimus tradidisse Sardes a Treribus atque Lyciis iterum esse captas. Quem quidem locum Franckius opinatur, si integer esset, Dodwellii sententiam confirmare. Esse enim unam eandemque Sardium expugnationem sub Ardye factam, quam Herodotus Cimmeriis, Callisthenes Treribus Lyciisque tribuisset, ultimam ante Cyrum et Croesum.[15] Iam Franckius p. 114. quoniam sibi demonstrasse videtur Callinum Archilocho, Gygis aequali, multo esse antiquiorem, non dubitat sic transponere locum Strabonis: *φησὶ δὲ Καλλισθένης, ἁλῶναι τὰς Σάρδεις ὑπὸ Κιμμερίων πρῶτον, ὅπερ καὶ Καλλῖνον δηλοῦν, τὸν τῆς ἐλεγείας ποιητήν, εἶθ᾽ ὑπὸ Τρήρων καὶ Λυκίων· ὕστατα δὲ τὴν ἐπὶ Κύρου καὶ Κροίσου γενέσθαι ἅλωσιν.* Quis autem, quaeso, mi Francki, tibi concedet puros atque integros antiquitatis fontes ita conturbare, ut tuis faveant coniecturis

15) In eandem sententiam nuper pedibus ire placuit Thierschio in dissertatione laudata p. 569. sqq. qua demonstrare conatus est Callinum et Archilochum aetate suppares Gyga et Ardye Lydis imperantibus vixisse inter Olymp. XVI. et XXXVI. quae Olympiades octoginta annorum spatium efficiant. „Iam si Archilochus, inquit, Gyga, Callinus Ardye, Gygae filio Lydis imperante vixit, apertum est, utriusque poetae tempora eadem fere fuisse, et Callinum non multis annis interpositis post Archilochum sequi." Sed multa obstant, quominus huic sententiae assentiri possimus.

atque opinionibus? Hoc est adornare testes, ut tuis rationibus faveant, non explicare, sicut veritas flagitat. Sed videamus, quid porro. Primam illam Cimmeriorum invasionem circa Homeri tempora fuisse constat. Sed: „Mitto, inquit, Homerum, qui Callino antiquior simul et recentior esse potuit, siquidem collectivum est nomen Homeri. Sin vero antiquissima quaeque apud Homerum spectamus, haec nemo negabit aetatem referre Calliniana aliquanto antiquiorem. Sed hoc iam nunc nemo amplius negabit, Callinum Archilocho, Gygis aequali, multo esse superiorem, et hactenus omnino proximum Homero, quatenus propior nemo fuit.“ Iam primum Franckius id, quod Strabo atque Wolfius de Homero senserint, utinam commiscere noluerit! Deinde quum veteres ipsi inter se contenderent, utrum Callinus an Archilochus superior fuisset, quomodo id omnino fieri potuisset, si quidem vel remotissima in promtu fuissent indicia, quae Callini aetatem Homero appropinquarent? — Atque eodem iure, quo Franckius Strabonis verba: Ἄλλης δέ τινος ἐφόδου τῶν Κιμμερίων μέμνηται πρεσβυτέρας ὁ Καλλῖνος, ita interpretari vult, ut Cimmeriorum incursionem Homeri tempore factam intelligat, nihil impedit, quominus Callinum nobis cogitemus civium suorum animis non solum praesens periculum proposuisse, sed veteris quoque stragis caedisque a Cimmeriis paratae mentionem iniecisse.

Mirum sane, quod Franckius contra gravissima rerum monumenta non erubescit Hesiodum medium collocare inter Callinum et Tyrtaeum. Insomnia autem habenda sunt, non argumenta omnium certissima, quibus paradoxon illud confirmare conatus est. Suspicari quidem aliquis possit gnomicum Tyrtaei elegiarum argumentum opportunitatem dedisse ad gnomicum elegiarum genus colendum eadem ratione, qua carminum gnomicorum omnium in Hesiodo semina lateant; novam vero inde ac peculiarem poetarum constituere aetatem admodum est ridiculum; „Hoc genus, inquit, argu-

mentorum perinde atque alterum illud poterit etiam ad constituendam Hesiodi aetatem transferri, si quidem is Homerica carmina Ascrae non potuit nisi diu post Homerum cognita habere, Hesiodi autem Opera et Dies indole sua gnomicae simili magis etiam ab Odyssea, quam haec ab Iliade, discrepant. Veterum iudicia de aetate Hesiodi non plus quam nostra valere, monuisse sat est. Medius fuit, nisi omnia fallunt, inter Callinum et Tyrtaeum, cuius carmina illum gnomicum colorem duxisse videntur ex ipso Hesiodo. Cuiusmodi argumenta omnino sunt omnium certissima." — Nescio, maiorne in his verbis insit arrogantia, an stupenda quaedam fiducia, praesertim in rebus tam incertis aliterque omnino antiquitus traditis. Dolendum est sane Franckii acumen, quod exquisitis potius subitisque commentis, quam veris firmisque rationibus dirigatur. Franckius in quaestionibus haud dubie Fr. Aug. Wolfii Prolegomena Homerica, opus immortale, exemplar sibi proposuerat. Laudo. Sed quoniam nimis intempestivis ac praeposteris indulsit notionibus iisque omni fundamento historico plane destitutis, id quod voluerat nec consequutus est nec potuit consequi. Etenim si quis nova et inaudita in medium proferre conatur, argumenta, quibus illa confirmentur, ex monumentis historicis sunt petenda, non ex meris ingenii hariolationibus, quanquam satis subtiliter excogitatis.

In Callini carminum elegiacorum reliquiis omnia fere ad bellicam virtutem respiciunt. In fragmento 1. adolescentes hortatus est, ut fortiter cum hoste pugnarent. Sed quaeritur, quosnam Ephesiorum hostes in animo habuerit. Franckius quidem non dubitat illos fuisse Cimmerios, propterea quod in illo fragmento ad defensionem spectent omnia, praecipue versu 4. et versu 6. sqq., ut appareat de bello ab Ephesiis illato Magnetibus cogitari nullo modo posse. Sed cur nullo modo? Ex ipso fragmento id tantum perspicue intelligitur, fuisse

iuvenes quosdam Ephesios, a bello iam inchoato turpiter absistentes, quos Callinus ad officium revocare studet. In omni autem bello, nisi civili, apud Graecos potissimum milites pugnant cum hostibus (δυςμενέσιν) γῆς πέρι καὶ παίδων κουριδίης τ' ἀλόχου, sive ipsi impetum facientes, sive semet defendentes. Itaque in medio relinquitur, utrum poeta hoc loco Cimmerios an Magnetes proposuerit repugnantes; quanquam verisimilius videtur Callinum hostes denotare vehementiores, quales Cimmerios atque Treres fuisse constat.

Ioachimus Camerarius in oratione de bello Turcico hoc fragmentum imprudenter assignavit Callimacho, eodemque usus est ad principes Christianos adhortandos, ut signa sacra crucis adversus barbaros inferrent. Deinde H. Stephanus, quem temere sequuti sunt alii, hoc fragmentum, nescio quam ob caussam, Tyrtaei reliquiis annumeravit. Porro Valckenarius ad Herodotum IX. p. 696. propter significationem vocabuli ἀμφιπερικτίονες (versu 2.) ad Lacedaemonios referendi totum fragmentum alii cuicunque Alexandrino, forsan Tyrtaei imitatori, potius quam Callino, Ephesios suos ad fortitudinem animumque capiendum excitaturo, tribuendum esse putat. Haec quidem refutatione non indigent; nuper autem Frid. Thierschius (Act. Monac. Vol. III. p. 577. sqq. cf. 637. sqq.) novis argumentis demonstrare conatus est quatuor tantum priores huius fragmenti versus ad Callinum referendos esse, reliquos Tyrtaeo assignandos vel potius reddendos. Post versum quartum extare lacunam satis amplam manifestum est. Iam interrogat Thierschius, si maior hic lacuna inter Callini versus et eos, qui sequuntur, appareat, quo iure sumas Callini nomen ultra eam extendi et ad postrema quoque pertinuisse; atque ipse sibi respondet hoc modo: „Nullo sane. Nam ex eo, quod proximi versus praecepta bellica distichis comprehensa exhibent, nihil pro Callino efficies, nisi talia ab eo solo scripta esse et scribi po-

fuisse probaveris. Nil igitur in eo loco praeter prima duo disticha tuto ad Callinum referri potest. Reliqua alius poeta esse possunt, cuius nomen cum ipsius loci initio interciderit. Iam si nullo artificio efficias, ut Callini nomen ultra lacunam illam extendatur, et si de alio poeta, cui versus post lacunam et ipsi tribui possint, quaestio institui potest, necessario is Tyrtaeus fuerit. Nullum enim alium poetam praeter hos bellicis distichis clarum fuisse scimus.“ Haec quidem ipse sibi respondit Thierschius; sed licet etiam respondere in hunc fere modum: Quoniam Stobaeus, qui servavit totum fragmentum in Florilegio LI, 19., singulis quas excerpsit eclogis auctorum nomina praemittere solet; etiam in altera fragmenti parte factum esse necesse fuerit, nisi ab eodem poeta profectum sit, cuius quatuor priores versus esse dicuntur. Quum autem in omnibus Stobaei libris utrique distichorum parti idem praefixus sit titulus *Καλλίνου*, hinc necessario sequitur utramque etiam fragmenti partem ad eundem poetam referendam esse, nisi forte firmiores rationes aliud comprobaverint. Itaque si Stobaeus cognitum habuisset posteriorem fragmenti partem Tyrtaei, non Callini fuisse, hoc certe, velut ubique facere solet, singulari *Τυρταίου* lemmate indicasset. Quod quum factum non sit, Callino vindicanda sunt disticha, quae ab antiquitate ipsi attributa esse videmus. Quum igitur omnis Thierschii ratiocinatio suffulta sit fallacibus, quas artifices logici vocant, praemissis, ipsam quoque coniecturam illis praecipue innisam corruere certissimum est. Deinde Thierschius comparationem instituit distichorum, quae Callino abiudicanda esse censet, et Tyrtaei quorundam distichorum, inter quae quum similitudo quaedam intercedat, praepostere colligit Tyrtaeum illorum quoque esse auctorem. Nimirum istius similitudinis caussa eo potius explicanda esse videtur, quod eadem res ab eodem poeta descripta communes quosdam suppeditat locos, neutri fere prae-

termittendos. Accedit, quod similes sententiae in carminibus Homericis, communi utriusque poetae elegiaci fonte, reperiuntur, atque etiam Tyrtaeus natu minor facile cognita habuisse potuit Callini carmina.

Elegantissime Gu. Ern. Weberus in poetarum elegiacorum interpretatione p. 418. descripsit elegiae virtutes et argumentum hisce verbis: „Das verhältnissmässig kurze Stück, welches wir vom Kallinos übrig haben, lässt uns die hohe Vortrefflichkeit seiner Poesie hinlänglich erkennen: es ist der Ton eines Helden in der Stunde der Gefahr, der mit der unabweisslichen Berufung auf die heiligsten Gefühle alle Herzen mit sich reisst; das kürzeste wie das zweckmässigste, was die augenblickliche Begeisterung kriegerischer Beredtsamkeit eingeben kann.“ —

Fragmenta 2. 3. 5. procul dubio ad Cimmeriorum incursionem spectant. Fragmentum 4. Strabo reliquit decerptum ἐκ τοῦ πρὸς Δία λόγου, quem Franckius (p. 32.) recte iudicavit elegiam fuisse, in qua Iovem precaretur poeta, ut civibus opem ferret adversus Trerum impetum. Fortasse etiam λόγος ille non singularis fuit elegia, sed amplioris elegiae particula aut peroratio potius, qua poeta civium suorum animos ad virtutem atque bellum inflammaret. Neque inepte Franckius p. 32. λόγον πρὸς Ἀπόλλωνα dici posse contendit Theognidis versus 773—782; attamen quod addit Franckius, in his versibus scribendis Theognidem ob oculos habuisse Callini πρὸς Δία λόγον, parum probabile esse videtur. — In fragmento 6. et 7. agitur de Teucris Creta advectis et de Calchante Clari (Ioniae oppido Apollinisque oraculo) defuncto.

Ex his exiguis ingenii Calliniani monumentis certissime evincitur, quam verum atque integrum fuerit Grammaticorum Alexandrinorum iudicium, quippe qui Callinum in poetarum quem condiderunt canonem receperint; si quidem re vera huc spectat Procli locus

ἐκ τῆς Χρηστομαθίας γραμματικῆς in Photii Bibl. p. 319. b: *Λέγει δὲ καὶ ἀριστεῦσαι τῷ μέτρῳ [τῷ ἐλεγείῳ] Καλλῖνόν τε τὸν Ἐφέσιον καὶ Μίμνερμον τὸν Κολοφώνιον, ἀλλὰ καὶ τὸν τοῦ Τηλέφου Φιλητᾶν τὸν Κῷον καὶ Καλλίμαχον τὸν Βάττου.* [16])

A Callino, poeta elegiaco, distinguendi sunt alii eiusdem nominis, ut Callinus, philosophus peripateticus, Theophrasti amicus vel discipulus, cuius mentio fit apud Diogenem Laert. V, 52. quo quidem iunior fuit Callinus eiusdem sectae philosophus, Lyconis amicus, apud eundem Diogenem V, 70. 73. 74. Tertius quidam librarius fuisse dicitur apud Lucian. T. III. p. 10. ed. Hemsterh. ubi conferatur Schol. et p. 100. Quartum Callinum, Seleuci Callinici tempore apud Smyrnaeos aerarii praefectum, laudat Marmor Oxon. II, 31. p. 8. 72. p. 12. 75. Sequitur Eustathii locus ad Odyss. p. 1885, 51. ubi Franckius p. 24. pro vulg. *Καλλῖνος* legendum esse censet *Καλλίμαχος*, haud dubie propter Philetae vicinitatem. Sed optime perspexit Meineckius pro *Φιλητᾶς* reponendum esse *Φιλτέας*. V. Philetae, Hermesianactis et Phanoclis Reliqq. p. 272. — Denique a Pausania IX, 9, 3. laudatur *Καλαῖνος* (ita enim in omnibus Codd. scribitur) quidam, vel potius *Κάλαινος*, quod Sylburgius restituit propter ἀνάλογον *Κόλαινος* apud Pausan. I, 31, 3. Sed quinam fuerit, aliunde non liquet. Cf. Wüllner de cyclo epico p. 59. 64. Post Sylburgium fuerunt, qui *Καλλῖνον* coniicerent. Ruhnkenius autem ad Callimachi

---

16) Ex eodem fonte deductus est rivulus in Bibl. Coislin. p. 597. *Ἐλεγειοποιηταὶ δὲ Καλλῖνος, Μίμνερμος, Φιλητᾶς, Καλλίμαχος.* cf. Tzetzes ad Lycophr. Vol. I. p. 257. Philetae cett. Rell. p. 12. Callinus et Mimnermus ab Aristarcho et Aristophane, poetarum iudicibus, in ordinem venisse, Philetas et Callimachus seriore demum tempore aggregati esse videntur. V. Franck. p. 29. Commentat. de origine poesis eleg. in Diario Scholast. a. 1829. num. 136.

fragm. p. 439. proposuit *Καλλίμαχος*, quia critici potius Callimachi, quam elegiographi Callini fuerit, incerta opera auctoribus suis assignare. Franckius p. 25. redit ad *Καλλῖνον*, quem alterutrum philosophum peripateticum fuisse opinatur. Nobis in *Καλαίνου* nomine aliunde ignoto subsistendum esse videtur.

ΚΑΛΛΙΝΟΥ ΕΦΕΣΙΟΥ

ΕΛΕΓΕΙΩΝ ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

1.

Stobaei Florileg. LI, 19. p. 355. 56.

Καλλίνου.

Μέχρις τεῦ κατάκεισθε; κότ' ἄλκιμον ἕξετε θυμόν,
ὦ νέοι; οὐδ' αἰδεῖσθ' ἀμφιπερικτίονας,
ὧδε λίην μεθιέντες, ἐν εἰρήνῃ δὲ δοκεῖτε
ἧσθαι, ἀτὰρ πόλεμος γαῖαν ἅπασαν ἔχει;

Addidi interpretationem Germanicam eamque et poetae sententiis et metro Graeco, quam maxime fieri potuit, astrictam, in qua quidem adornanda prae ceteris opem mihi tulit saluberrimam Franciscus Passovius in Büschingii et Kannegiesseri Diario, quod inscribitur *Pantheon* Vol. II. p. 93. sq. quem plerumque sequutus est etiam Gu. Ern. Weberus in praestantissima poetarum elegiacorum Graecorum supellectile.

Vs. 1. *μέχρις τεῦ;* i. e. *μέχρις τίνος, quo usque?* sicut Phronto in Anth. Palat. XII, 174. *μέχρι τίνος πολεμεῖς μ', ὦ φίλτατε Κῦρε; τί ποιεῖς;* cf. XI, 346. XII, 218. *τεῦ* proprie ortum ex *τοῦ*, quod contractum ex *τέο* ap. Homer. Il. *β*, 225. — Verbum *κατακεῖσθαι* maiorem etiam in se complectitur desidiae notionem quam simplex *κεῖσθαι* ap. Homer. Il. *β*, 688.

κεῖται γὰρ ἐν νήεσσι ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεύς.

Eandem significationem habet *καθῆσθαι*, apud Demosthen. Philipp. I, 9. de Philippo, qui Athenienses *μέλλοντας καὶ καθημένους περιστοιχίζεται.* Olynth. I (II), 23. *καθήμεθα οὐδὲν ποιοῦντες.*

Vs. 2. Pro *αἰδεῖσθ'* in Cod. A. *αἰδεῖ δ'*, nullius sane pretii lectio. — Vocabulum *ἀμφιπερικτίονας* notatu dignissimum, quippe quod compositum sit ex duabus praepositionibus

Bis wann rastet ihr noch? wann werdet ihr kräftiges Muths sein,
Jünglinge? Schämet ihr euch vor den Umwohnenden nicht,
Also lässig zu ruhen, und wähnt im Frieden zu leben,
Während doch ringsum der Krieg decket das heimische Land?

idem fere significantibus, ἀμφί et περί. Redit apud Theognidem 1058. cf. Welcker. p. 128. Similiter in Homeri Il. β, 305. ἡμεῖς δ' ἀμφὶ περὶ κρήνην ἱεροὺς κατὰ βωμοὺς ἔρδομεν κ. τ. λ. Ubi Schol. BL. p. 69. ed. Bekker. recte annotavit: οὐ διὰ τὸ μέτρον αἱ δύο προθέσεις, ἀλλὰ τὴν περὶ τὸν αὐτὸν τόπον συναγωγὴν παντὸς τοῦ στρατοῦ ἐσήμανεν. cf. Il. φ, 10. ψ, 191. Odyss. λ, 609. Hoc loco intelligendi sunt omnes, qui circa Ephesum habitabant, *ringsherumwohnende* possis etiam Germanice dicere. Fortasse Callinus tales fere sibi cogitavit homines, quales apud Lacedaemonios fuerunt περίοικοι, quorum eo magis etiam puderet cives liberos, quales poeta intellexisse videtur τοὺς νέους. Sed hinc minime sequitur Callino ipsos Lacedaemoniorum περιοίκους, quos vix novisse potuit, obversatos esse; verum enimvero proposuit ἀμφιπερικτίονας, qui Ephesiorum fuerant vicini, velut apud Homer. Odyss. β, 65 sq.

ἄλλους τ' αἰδέσθητε περικτίονας ἀνθρώπους,
οἳ περιναιετάουσι.

Vs. 4. ἧσθαι, verbum desidiam denotans eorum, qui bello absistunt. Similiter Homer. Il. ν, 250. τίπτ' ἦλθες, πόλεμόν τε λιπὼν καὶ δηιοτῆτα; deinde vers. 253. ἧσθαι ἐνὶ κλισίῃσι λιλαίομαι, ἀλλὰ μάχεσθαι. cf. γ, 134. — Extremo

— — — — — — — — — —
— — — — — — — — —
— — — — — — — — — —

5 καί τις ἀποθνήσκων ὕστατ' ἀκοντισάτω.
τιμῆέν τε γάρ ἐστι καὶ ἀγλαὸν ἀνδρὶ μάχεσθαι
γῆς πέρι καὶ παίδων κουριδίης τ' ἀλόχου
δυςμενέσιν. θάνατος δὲ κοτ' ἔσσεται, ὁκκότε κεν δη
Μοῖραι ἐπικλώσωσ'· ἀλλά τις ἰθὺς ἴτω,
10 ἔγχος ἀνασχόμενος, καὶ ὑπ' ἀσπίδος ἄλκιμον ἦτορ
ἔλσας, τὸ πρῶτον μιγνυμένου πολέμου.

hoc versu signum interrogandi est positum, quod vulgo desideratur. Interrogativa scilicet ut haec quoque evadat sententia, suadet poetae impetus, ut ita dicam, furiosus.

Deest hexameter, quem Camerarius ita reponendum esse putavit:

Εὖ νύ τις ἀσπίδα θέσθω ἐν ἀντιβίοις πολεμίζων.

Sed nobis persuasissimum est non unius versus spatio suppleri huius loci lacunam. Franckius p. 100. statim post versum 4. inserendum putat alterum (fragm. 2.):

νῦν δ' ἐπὶ Κιμμερίων στρατὸς ἔρχεται ὀβριμοεργῶν.

post quem lacunam statuit unius pentametri et hexametri. Sed haec coniectura incertior mihi videtur, nec satis firmis nititur fundamentis, quoniam quaeritur, an non eodem iure versus ille in alio elegiarum deperditarum loco situs esse potuerit. Neque omnino cum praecedentibus ita cohaeret, ut huic loco aptum esse dicas.

Vs. 8. In Cod. B. legitur θ. δὲ τότ' ἔσσεται, ὁππότε κεν δὴ, pro qua lectione Grotius coniecturam protulit: θ. δέ κοτ'

— — — — — — — — — —
— — — — — — — —
— — — — — — — — — —

Und wenn er dann hinsinkt, schleudr' er das letzte Geschoss.
Ruhmvoll traun für den Mann und erhebend auch ist's zu verfechten
Sein heimathliches Land, Kinder und ehlich Gemahl
Wider des Feinds Andrang; doch einst wird der Tod ihn erreichen,
Wann es die Mören verhängt: jeglicher stürme voran,
Hochher schwingend den Speer, und ein kräftiges Herz unterm Schilde
Regend, sobald anhebt blutiges Schlachtengewühl.

ἔσσεται, ὁππότερον δή. Sed neutrum verum esse videtur. Nimirum neque *ποτ'*, neque *ὁππότε*, neque *ὁππότερον* convenit rationibus palaeographicis, quia ex versu 1. et 12. et fragmento 5. luculenter apparet Callinum formas Ionicas amplexum esse *κῶς*, *κῇ*, *κόθεν*, *κότε*, *κοτέ*, *κότερος* κ. τ. λ. Quamvis demonstrativum *τότε* optime respondeat relativo *ὁππότε*, tamen pronomen indefinitum *ποτέ* aptiorem reddit sententiam: *mors autem aliquando apparebit, quum Parcae tibi moriendum esse cecinerint.* Itaque reponendum esse videtur: *θ. δέ κοτ' ἔσσεται, ὁκκότε κεν δή.* cf. ad Mimnermi fragm. 10, 1. cui eadem medicina adhibenda est fragm. 12, 5. *οὔκοτε* legendo pro *οὔποτε.*

Vs. 11. *ἔλσας* scribendum spiritu leni, non *ἕλσας*, quod immerito dedit Gaisfordius. Ceterum *ἔλσαι* hoc loco sicut in Iliade significat *premere*, *includere.* v. Buttmanni Lexilog. II, p. 142. 2 sqq. et p. 146. Explica: *sub scuto forte pectus premens, sive includens.* — *τὸ πρῶτον* — i. e. *ut primum manus conseruntur.*

οὐ γάρ κως θάνατόν γε φυγεῖν εἱμαρμένον ἐστὶν
ἀνδρ', οὐδ' εἰ προγόνων ᾖ γένος ἀθανάτων.
πολλάκι δηιοτῆτα φυγὼν καὶ δοῦπον ἀκόντων
15 ἔρχεται, ἐν δ' οἴκῳ Μοῖρα κίχεν θανάτου.
ἀλλ' ὁ μὲν οὐκ ἔμπης δήμῳ φίλος οὐδὲ ποθεινός·
τὸν δ' ὀλίγος στενάχει καὶ μέγας, ἤν τι πάθῃ.

Vs. 12. sq. Antiquissima sententia eaque iam obvia in Homeri Iliad. ζ, 488. sq.

μοῖραν δ' οὔτινά φημι πεφυγμένον ἔμμεναι ἀνδρῶν,
οὐ κακόν, οὐδὲ μὲν ἐσθλόν, ἐπὴν τὰ πρῶτα γένηται.

Formam interpolatam πως exhibet A. genuinam κως recte vulgatam esse videmus.

Vs. 13. Gaisfordius in Stobaei Florilegio edidit οὐδ' εἰ πρ., unde sequitur eum formam εἰ in Codicibus repperisse, non ἦν, quod Brunckius temere illius vice in ordinem recepit. Particula εἰ etiam apud Homerum saepius cum coniunctivo iuncta reperitur. v. Hermann. ad Viger. p. 831. Thierschii Gramm. Gr. p. 625. Sensus: *Nemini destinatum est mortem effugere, etiamsi ab ipsis diis genus suum deduxerit.* Μοῖρα autem ab Homero Il. π, 433. sqq. vel ipso Iove potentior describitur.

Vs. 15. ἔρχεται, sc. ἀνήρ sive τίς. — Μοῖρα κίχεν θανάτου. Cod. A. μοῖραν, quod a librario indocto profectum esse videtur, qui coniunxit: ὁ ἀνὴρ κίχεν μοῖραν θανάτου, neglectis legibus grammaticis atque metricis. Sed si quis accusativi μοῖραν rationem habere voluerit, facile emendabit

Denn zu entfliehen dem Tode ist keinem der
Männer beschieden,
Selbst nicht, wenn sein Geschlecht göttlichen
Ahnen entblüht.
Mancher zwar, feindlichen Schlachten entflohn
und dem Lanzengesause,
Kehret zurück, und daheim fasst ihn die
Möre des Tods.
Aber nicht wird er geliebt von der Stadt, noch
jemals ersehnet;
Doch fällt jener, so seufzt Kleiner und
Grosser um ihn.

Μοῖραν ἔχει θανάτου, ut apud Solon. γ, 18. Quum autem multo facilius pro accusativo reponere possimus nominativum, nihil impedit, quominus explicemus: *Μοῖρα θανάτου ἔκιχεν αὐτόν*, *Parca mortis deprehendit eum domi*. Similiter Solo δ, 29. *ἢν δὲ φύγωσιν αὐτοὶ, μηδὲ θεῶν Μοῖρ' ἐπιοῦσα κίχῃ, ἤλυθε πάντως αὖτις*. cf. κα', 4. Mimnerm. 6, 2. Tyrtaeus 5, 5. *εὖτέ τιν' οὐλομένη Μοῖρα κίχοι θανάτου*.

Vs. 16. Gaisfordius in Florilegio dedit *ἔμπας*, quod emendavimus.

Vs. 17. *ἤν τι πάθῃ*, *si quid ei acciderit*, i. e. *si in pugna ceciderit*, euphemistica loquutio inde ab Homeri carminibus propagata, Il. ε, 566 sqq.

περὶ γὰρ δίε ποιμένι λαῶν,
μή τι πάθῃ, μέγα δέ σφας ἀποσφήλειε πόνοιο.

ubi consulendae Heynii annotationes. Postea autem apud Atticos potissimum usu valuit. Demosthen. Philipp. I, 11. *καὶ γὰρ ἂν οὗτός τι πάθῃ, ταχέως ὑμεῖς ἕτερον Φίλιππον ποιήσετε.* Similiter Cicero orat. Cat. V, 2. *Si quid obtigerit, aequo animo paratoque moriar.* cf. Viger. p. 278 sq. Brunck. ad Aristophanis Eccles. 1105. Pac. 169. Euripid. Andromach. 89.

λαῷ γὰρ σύμπαντι πόθος κρατερόφρονος ἀνδρὸς,

θνήσκοντος, ζώων δ' ἄξιος ἡμιθέων.

20ὥσπερ γάρ μιν πύργον ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶσιν·

ἔρδει γὰρ πολλῶν ἄξια μοῦνος ἐών.

Vs. 18. 19. Franckius p. 101. in toto fragmento indicat nihil otiosum, nihil alieno loco, nihil denique ita positum esse, ut Callino non esse dignissimum videatur, sive consilium poetae, sive res, sive verba spectes et formulas loquendi, sive numeros omnemve orationis colorem et habitum. Concedo. Sed quod addit p. 102. graviorem dubitationem movere ἡμιθέους v. 19. qui quidem sint Hesiodiae aetatis, neque videantur in Callinum cadere, siquidem hic proximus fuerit Homero, nihil est profecto, quod hac argumentatione ineptius possit excogitari. Ponamus etiam, quod nemini unquam ipsorum Graecorum in mentem venit, Callinum Hesiodo fuisse superiorem; cur tandem Callino vocabulum fingere non licebat, quod in Homeri carminibus desideretur, apud Hesiodum primum reperiatur? Sed neque hoc verum, ἡμιθέους esse Hesiodiae aetatis, non item Homericae; nempe in Iliad. μ, 23. memoratur ἡμιθέων γένος ἀνδρῶν. Deinde Franckium offendit γὰρ ter positum duobus in distichis. Sed hoc quoque insulsum, praesertim quum tale quippiam logicis rationibus minus stricte accommodatum, animi affectum atque impetum, qualis per omnem elegiam diffunditur, etiam augeat atque contendat. Neque maioris momenti illud est, quod versu 18. sq. eadem fere exprimitur sententia, atque versu 17. Nimirum talis quoque repetitio vim auget eoque magis impellit auditorum animos ad istam poetae sententiam secum considerandam. Apage igitur inanem Franckii suspicionem, distichum illud Callino abiudicantis atque rhapsodo cuidam vindicantis.

Vs. 19. ἄξιος ἡμιθέων, i. e. *in eodem loco ponitur, qua*

Sehnsucht regt sich im Volk nach dem tapfergemuthetem Manne,
Sinkt er, und lebend erscheint göttlicher Helden er werth.
Gleich wie ein Bollwerk ja so stehet er ihnen vor Augen;
Denn er, ein einziger, thut, was schon für viele genügt.

heroes, par est heroibus, sicut paullo post πολλῶν ἄξια, *facta multorum factis paria.* V. Matthiae Gramm. Gr. p. 677. Similem sententiam de Hectore pronuntiavit Homer. Il. ω, 258. sq. ὃς θεὸς ἔσκε μετ' ἀνδράσιν, οὐδὲ ἐῴκει ἀνδρός γε θνητοῦ παῖς ἔμμεναι, ἀλλὰ θεοῖο. Quales intelligendi sint ἡμίθεοι, explicat Hesiodus Ἐργ. 158. sqq.

Αὐτὰρ ἐπεὶ καὶ τοῦτο γένος κατὰ γαῖα κάλυψεν,
αὖτις ἔτ' ἄλλο τέταρτον ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ
Ζεὺς Κρονίδης ποίησε δικαιότερον καὶ ἄρειον,
ἀνδρῶν ἡρώων θεῶν γένος, οἳ καλέονται
ἡμίθεοι.

Vs. 20. ὥσπερ γάρ μιν πύργον. Antiquissimum talis comparationis exemplum obvium est apud Homer. Od. λ, 556, ubi Ulixes alloquitur Aiacem: τοῖος γάρ σφιν πύργος ἀπώλεο. — Theognis 232. sq.

Ἀκρόπολις καὶ πύργος ἐὼν κενεόφρονι δήμῳ,
Κύρν', ὀλίγης τιμῆς ἔμμορεν ἐσθλὸς ἀνήρ.

Vs. 21. πολλῶν ἄξια. Ecce comparationis genus, quod notissimum ex loco Homerico Il. ρ, 51. κόμαι Χαρίτεσσιν ὁμοῖαι. cf. Wyttenbach. ad Plutarch. progress. in virtut. p. 84. C. Biblioth. crit. XII. p. 62.

2.

Strabo XIV, 1, 40.

Τὸ παλαιὸν δὲ συνέβη τοῖς Μάγνησιν ὑπὸ Τρηρῶν ἄρδην ἀναιρεθῆναι, Κιμμερικοῦ ἔθνους, εὐτυχήσαντος πολὺν χρόνον· τῷ δὲ ἑξῆς ἔτει Μιλησίους κατασχεῖν τὸν τόπον. Καλ-

λῖνος μὲν οὖν ὡς εὐτυχούντων ἔτι τῶν Μαγνήτων μέμνηται καὶ κατορθούντων ἐν τῷ πρὸς Ἐφεσίους πολέμῳ. — ἄλλης δέ τινος ἐφόδου τῶν Κιμμερίων μέμνηται πρεσβυτέρας ὁ Καλλῖνος, ἐπὰν φῇ·

Νῦν δ' ἐπὶ Κιμμερίων στρατὸς ἔρχεται ὀβριμοεργῶν.

Und jetzt ziehet heran der Kimmerier furchtbare Kriegschaar.

ὀβριμοεργῶν. Ita lenissima medicina reponitur quod extat in Strabonis Codicibus Par. 1. 4. Bre. Esc. Mosc. *ὄβριμος ἔργων.* Contra Med. 3. exhibet *ὀβριμοεργὴς*, Med. 4. *ὄμβριμος ἔργων*, unde Franckius p. 89. temere scripsit *ὀμβριμοέργων*, in qua quidem coniectura non solum accentus male positus, sed etiam ipsius vocabuli forma offendit. Nempe apud Homerum et vetustissimos quosque poetas reperitur forma *ὄβριμος*, non *ὄμβριμος*. V. Wernsdorf. ad Tryphiodor. p. 197. Etiam apud Tyrtaeum 7, 25. ex Codd. legendum *ὄβριμον ἔγχος*, ib. 27. *ἔρδων ὄβριμα ἔργα*, ubi idem Franckius perperam scripsit *ὀμβρ.* Solon. *ιγ'*, 3. *ὀβριμοπάτρη*. Ὀβριμοεργοὶ autem vocantur Cimmerii non solum, quia in Sardium expugnatione ferociter et crudeliter se gesserunt, sed superiore etiam tempore per Asiam minorem tristem paraverant ruinam, cuius Callinus ipse in carmine meminerat.

3.

Stephan. Byzant. p. 422. ed. Dindorf.

Τρῆρος, χωρίον Θρᾴκης, καὶ Τρῆρες Θρᾴκιον ἔθνος. λέγεται καὶ τρισυλλάβως παρὰ Καλλίνῳ*) τῷ ποιητῇ·

Τρήρεας ἄνδρας ἄγων — — — —

Führer des Trerischen Volks — — —

---

*) In libris Mss. a Salmasio collatis compendio scriptum est *κῶ*, in uno autem distinctis litteris *καλλίνω*. Quamvis ex hac lectione haud cunctanter reponendum esset *Καλλίνῳ*, Salmasio tamen placuit coniicere *Καλλιμάχῳ*, quod ipse in textum recepit; Bentleius autem quinetiam hemistichium in Callimachi fragmentorum numero CCCXIV. collocavit.

Sed maiorem auctoritatem porrigit Codex Rehdigeranus Vratislaviensis, in quo accuratissime scriptum est *παρὰ Καλλίνῳ τῷ ποιητῇ*. V. Passovii Var. lect. in Stephan. Byz. e Cod. Rehdig. Programma Vrastislav. a. 1824. p. 51. rep. in Dindorfii ed. p. CXLIX.

Hemistichium ipsum in initio versus sive hexametri sive pentametri positum fuisse videtur, sicut Mimnermi fragm. 14. *Παίονας ἄνδρας ἄγων, ἵνα τε κλειτὸν γένος ἵππων.* Franckius p. 111. et Weberus p. 6. alteram pentametri partem eo expleverunt, quod itidem esse possit. — In Cod. Rehdig. pro *Τρήρεας* legitur *Τρίρεας*, ex sola pronuntiandi diversitate profectum. — Franckius non dubitat, quin Trerum dux ille fuerit Lygdamis, quem Cimmeriorum ducem vocat Callimachus Hymn. in Dian. 251. sqq. ubi de templo Ephesio:

τῷ ῥα καὶ ἠλαίνων ἀλαπάξεμεν ἠπείλησεν
Λύγδαμις ὑβριστής· ἐπὶ δὲ στρατὸν ἱππημολγῶν
ἤγαγε Κιμμερίων, ψαμάθῳ ἶσον, οἵ ῥα παρ' αὐτὸν
κεκλιμένοι ναίουσι βοὸς πόρον Ἰναχιώνης.
ἆ δειλὸς βασιλέων ὅσον ἤλιτεν· οὐ γὰρ ἔμελλεν
οὔτ' αὐτὸς Σκυθίηνδε παλιμπετὲς οὔτε τις ἄλλος,
ὅσσων ἐν λειμῶνι Καϋστρίῳ ἔσταν ἅμαξαι,
νοστήσειν· Ἐφέσου γὰρ ἀεὶ τεὰ τόξα προκεῖται.

Quae quidem coniectura quamvis non omni destituta sit probabilitate, non magis tamen pro arta confirmari potest, quam altera eiusdem viri suspicio, Callimachum in his rebus enarrandis ipsum Callinum ante oculos habuisse. Huc spectat etiam Strabo I. p. 61. *Λύγδαμις δὲ τοὺς αὑτοῦ ἄγων μέχρι Λυδίας καὶ Ἰωνίας ἤλασε, καὶ Σάρδεις εἷλεν, ἐν Κιλικίᾳ δὲ διεφθάρη.*

4.

Strabo XIV, 1, 4.

Αὗται μὲν δώδεκα Ἰωνικαὶ πόλεις· προςελήφθη δὲ χρόνοις ὕστερον καὶ Σμύρνα εἰς τὸ Ἰωνικὸν ἐναγαγόντων Ἐφεσίων· ἦσαν γὰρ αὐτοῖς σύνοικοι τὸ παλαιόν, ἡνίκα καὶ Σμύρνα ἐκαλεῖτο ἡ Ἔφεσος. καὶ Καλλῖνός που οὕτως ὠνόμασεν αὐτήν, Σμυρναίους τοὺς Ἐφεσίους καλῶν ἐν τῷ πρὸς Δία λόγῳ·

Σμυρναίους δ' ἐλέησον — — —

καὶ πάλιν·

Μνῆσαι δ', εἴ ποτέ τοι μηρία καλὰ βοῶν
[Σμυρναῖοι κατέκηαν.]

Und der Smyrnäer erbarm dich — — —
Denk ihrer, wenn sie dir je herrliche Schenkel der Farrn
Opferten.

Coraës in Strabonis editione annotavit ad h. l. *Γράφε, Μνήσαι, καθὰ φέρουσιν αἱ πρὸ τοῦ Γερμανοῦ ἐκδόσεις.* Sed nescio, quid sibi velit III. persona sing. optativi activi *μνήσαι*, quum huius loci sententia flagitet Imperativum medii *μνῆσαι*. V. Buttmanni Gramm. I. p. 464 sq. — Ad sententiam supplendam Casaubonus haud improbabiliter proposuit verba: *Σμυρναῖοι κατέκηαν*, aut similia; quemadmodum Chryses in Iliad. α, 40. sq. Apollini supplicat:

ἢ εἰ δή ποτέ τοι κατὰ πίονα μηρί' ἔκηα
ταύρων ἠδ' αἰγῶν, τόδε μοι κρήηνον ἐέλδωρ.

cf. Odyss. ρ, 240. sqq.

5.

Strabo XIII, 4, 8.

Λέγοντος δὲ τοῦ Καλλίνου τὴν ἔφοδον τῶν Κιμμερίων ἐπὶ τοὺς Ἡσιονῆας γεγονέναι, καθ' ἣν αἱ Σάρδεις ἑάλωσαν, εἰκάζουσιν οἱ περὶ τὸν Σκήψιον Ἰαστὶ λέγεσθαι Ἡσιονεῖς τοὺς Ἀσιονεῖς.

6.

Strabo XIII, 1, 48.

Τοῖς γὰρ ἐκ τῆς Κρήτης ἀφιγμένοις Τεύκροις (οὓς πρώτους παρέδωκε Καλλῖνος ὁ τῆς ἐλεγείας ποιητής, ἠκολούθησαν δὲ πολλοί) χρησμὸς ἦν αὐτόθι ποιήσασθαι τὴν μονήν, ὅπου ἂν οἱ γηγενεῖς αὐτοῖς ἐπιθῶνται· συμβῆναι δὲ τοῦτ' αὐτοῖς φασὶ περὶ Ἀμαξιτόν.

7.

Strabo XIV, 4, 3.

Καλλῖνος δὲ τὸν μὲν Κάλχαντα ἐν Κλάρῳ τελευτῆσαι τὸν βίον φησί· τοὺς δὲ λαοὺς μετὰ Μόψου τὸν Ταῦρον ὑπερθέντας, τοὺς μὲν ἐν Παμφυλίᾳ μεῖναι, τοὺς δ' ἐν Κιλικίᾳ μερισθῆναι καὶ Συρίᾳ, μέχρι καὶ Φοινίκης.

TYRTAEUS APHIDNAEUS.

TYRTAEUM[1]), Archimbroti filium[2]), alii scriptores aliunde ortum esse tradunt, ita ut eum modo Atheniensem, modo Aphidnaeum, modo Lacedaemonium, modo etiam Milesium appellatum esse reperiamus.

---

1) Nomen *ΤΥΡΤΑΙΟΣ* apud omnes fere scriptores veteres *προπερισπώμενον* designatur, *Τυρταῖος*, ut apud Lycurg. p. 226. ed. Bekker., apud Strabonem, Plutarchum et Pausaniam pluribus locis, Schol. Platon. p. 388. 448. et Schol. in Homeri Iliad. p. 428, 6. 18. ed. Bekker. ap. Suidam T. III. p. 520. Pollucem Onom. IV, 107. aliosque suo loco indicandos. Contra apud Platonem omnes Bekkeri et Stallbaumii Codices praeter unum exhibent *προπαροξύτονον Τύρταιος*, ita de Legibus lib. I. p. 188, 7. ed. Bekker. *Τύρταιον*, ib. 20. et p. 189, 22. *Τύρταιε*, p. 190, 17. 191, 3. *Τύρταιος*: quibuscum ubique consentit Codex Vindobonensis, a C. Schneidero accuratissime, ut solet, nuper collatus. Unicus Vaticanus Bekkeri constanter habet *τυρταῖον*, *τυρταῖε*, *τυρταῖος*. Iam quum Plato antiquissimus sit auctor, qui Tyrtaei mentionem facit, atque unus ex eius codicibus ad seculum nonum usque redire censeatur, rarior illa acuendi ratio etiam exquisitior vel potius *Ἀττικώτερα* esse videtur. Sic enim *Τύρταιος*, nomen proprium, sono distinguitur a gentilibus eiusdem terminationis, qualia sunt *Ἀθηναῖος*, *Θηβαῖος*, *Κυμαῖος* κ. τ. λ. et ab adiectivis, *ἀγοραῖος*, *κορυφαῖος*, *κρηναῖος*, *σκοταῖος*, *τελευταῖος* κ. τ. λ. propinsque accedit ad rariores formas adiectivas usu sancitas, *βίαιος*, *δίκαιος*. Omne discrimen eo redire videtur, ut *Τύρταιος* habenda sit forma Attica, *Τυρταῖος* autem vulgata et forsitan etiam Dorica.

2) V. Suidas T. III. p. 520.

Iam primum Pausanias (IV, 15. sqq.) Lacedaemonios ait, postquam Olympiadis XXIII. anno quarto alterum bellum Messeniacum exortum et primum proelium apud Deras aequo Marte pugnatum esset, Delphos misisse legatos Deum consulturos, quibus responsum, ut Atheniensem consiliarium sibi arcesserent (*τὸν Ἀθηναῖον ἐπάγεσθαι σύμβουλον*). Cui quidem Pythiae oraculo quum obtemperassent Lacedaemonii, ea res dubios fecit Atheniensium animos, quippe qui nec sine magno suae civitatis detrimento optimam Peloponnesi partem a Lacedaemoniis expugnari intelligerent, neque deo resistendum esse censerent. Itaque Athenienses hancce commoliuntur machinationem. Tyrtaeum, ludi magistrum (*γραμμάτων διδάσκαλον*), virum neque ingenii celeritate excellentem et altero pede claudum, Spartam mittunt; qui, quum ibi advenisset, tum privatim magistratibus, tum publice hominibus quibuscunque in unum locum congregatis carmina recitabat et elegiaca et anapaestica.[8]) Anno post proelium ad Deras commissum iterum dimicatum ad Apri monumentum, ubi Tyrtaeus non ipse quidem obiit munia belli, sed in extrema acie milites ad pugnandum incitavit. Nihilominus Aristomenes, admirabilis ille et fortissimus dux Messeniorum, cum suis victor decessit. Lacedaemoniis autem, belli finem exoptantibus,

---

8) Ex Pausania vel ex communi utriusque fonte narratiunculam suam hausit Scholiasta ad Platon. Legg. p. 448. ed. Bekker. *Ὁ Τυρταῖος οὗτος Ἀθηναῖος ἐγένετο, εὐτελὴς τὴν τύχην· γραμματιστὴς γὰρ ἦν καὶ χωλὸς τὸ σῶμα, καταφρονούμενος ἐν Ἀθήναις. τοῦτον Λακεδαιμονίοις ἔχρησεν ὁ Ἀπόλλων μεταπέμψασθαι, ὅτε πρὸς Μεσσηνίους εἶχον τὴν μάχην καὶ ἐν ἀπορίᾳ κατέστησαν πολλῇ, ὡς δὴ ἱκανοῦ αὐτοῖς ἐσομένου πρὸς τὸ συνιδεῖν τὸ λυσιτελές· αὐτῷ γὰρ ἐπέτρεψε χρήσασθαι συμβούλῳ. ἀφικόμενος δὲ οὗτος εἰς Λακεδαίμονα καὶ ἔπιπνους γενόμενος συνεβούλευσεν αὐτοῖς ἀνελέσθαι τὸν πρὸς Μεσσηνίους πόλεμον, προτρέπων παντοίως· ἐν οἷς καὶ τὸ φερόμενον εἰπεῖν ἔπος·*

Μεσσήνην ἀγαθὸν μὲν ἀροῦν, ἀγαθὸν δὲ φυτεύειν.

Tyrtaeus carmina elegiaca decantando persuasit, ut militibus ex Helotum numero suppletis bellum redintegrarent. Manus conseruntur ad magnam fossam (ἐπὶ τῇ καλουμένῃ μεγάλῃ τάφρῳ), ubi Messenios minus fortitudine superant Lacedaemonii, quam muneribus, quibus Aristocratem, Arcadum regem [4]) illorumque socium, corruperant, ut in ipso discrimine rerum fugam capesseret. Iam quidem Aristomenes, utpote qui hostium et proditorum vim non amplius posset repellere, cum copiarum reliquiis se in Iram montem recepit, unde perpetuo Spartanorum agros circumiacentes depopulabatur. Hinc Spartae summa annonae caritas simulque seditio consequuta, quam Tyrtaeus itidem sedavit. Quae praeterea eximia virtutis specimina per undecim fere annorum spatium dederit Aristomenes, fusius enarrare non est huius loci.

In hac Pausaniae narratione multa esse ficta, multa ex partium studio profecta, sive Messeniorum, sive Lacedaemoniorum, sive etiam Atheniensium, nemo fere est quin facile perspiciat. Nimirum Lacedaemonios, quippe quibus nihil unquam pluris fuerit, quam mens sana in corpore sano, hominem omnibus et animi et corporis virtutibus destitutum, etiamsi ponamus ab Atheniensibus missum, belli et rei publicae consiliarium moderate clementerque tulisse, quis est qui hoc vel simile quippiam sibi persuaserit? Quod quidem multo minus etiam tibi persuadebis, ubi Iustinum sive Trogum Pompeium aliosque sequutus acceperis Athenienses, quum responsum cognovissent, in contemptum Spartanorum Tyrtaeum poetam, claudum pede, non consiliarium modo, sed belli potissimum ducem [5]) misisse, qui

---

4) Immo Orchomeni, oppidi in Arcadia siti. V. Strabon. VIII, 4, 10. cf. Mülleri Aeginetica p. 65. Dorier I. p. 50.

5) Ἡγεμόνα Tyrtaeum fuisse praeter Lycurgum tradunt Philochorus apud Athenaeum XIV. p. 630. F. διὰ τὴν Τυρταίου στρα-

tribus proeliis fusos eo usque desperationis adduxisset, ut ad supplementum exercitus servos suos manumitterent.[6]) Iam primum hoc saltem pro re ficta et commenticia habeamus necesse est, Athenienses ludi magistrum eundemque insipidum et altero pede claudum Spartam misisse *eo tempore, quo Athenis vel duo vel nemo litteras vel sciret vel disceret.*[7]) Maiorem vero probabilitatis speciem prae se fert, quod Pausanias narrat Deo Delphico auctore Athenis arcessitum esse Tyrtaeum, ut Spartanorum adversae fortunae succurreret. Hoc enim testatur orator gravissimus, Lycurgus, Oratione in Leocratem c. 28. *Τοιγὰρ οὖν*, inquit, *οὕτως ἦσαν ἄνδρες σπουδαῖοι καὶ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ οἱ τότε τὴν πόλιν οἰκοῦντες, ὥςτε τοῖς ἀνδρειοτάτοις Λακεδαιμονίοις ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις πολεμοῦσι πρὸς Μεσσενίους ἀνεῖλεν ὁ θεὸς παρ' ἡμῶν ἡγεμόνα λαβεῖν καὶ νικήσειν τοὺς ἐναντίους. καίτοι εἰ τῶν ἀφ' Ἡρακλέους γεγενημένων, οἳ ἀεὶ βασιλεύουσιν ἐν Σπάρτῃ, τοὺς παρ' ὑμῶν ἡγεμόνας ἀμείνους ὁ θεὸς ἔκρινε, πῶς οὐκ ἀνυπέρβλητον χρὴ τὴν ἐκείνων ἀρετὴν νομίζειν; τίς γὰρ οὐκ οἶδε τῶν Ἑλλήνων, ὅτι Τυρταῖον στρατηγὸν ἔλαβον παρὰ τῆς πόλεως, μεθ' οὗ καὶ τῶν πολεμίων ἐκράτησαν καὶ τὴν περὶ τοὺς νέους ἐπιμέλειαν συνετάξαντο, οὐ μόνον εἰς τὸν παρόντα κίνδυνον, ἀλλ' εἰς*

τηγίαν. et Diodor. XV, 66. *ὕστερον δὲ δουλευόντων Μεσσηνίων τοῖς Λακεδαιμονίοις, Ἀριστομένης ἔπεισε τοὺς Μεσσηνίους ἀποστῆναι τῶν Σπαρτιατῶν, καὶ πολλὰ κακὰ διειργάσατο τοὺς Σπαρτιάτας· ὅτε καὶ Τυρταῖος ὁ ποιητὴς ὑπὸ Ἀθηναίων ἡγεμὼν ἐδόθη τοῖς Σπαρτιάταις.* cf. Diodori Excerpt. Vat. p. 14. ed. Dindorf. Strabo VIII, 4, 10. Plutarch. Apophthegm. Lac. p. 230. Suidas T. III. p. 520.

6) Justin. III, 5. Similiter fere Suidas T. III. p. 520. *Οἱ Λακεδαιμόνιοι ὤμοσαν ἢ Μεσσήνην αἱρήσειν ἢ αὐτοὶ τεθνήξεσθαι. χρήσαντος δὲ τοῦ θεοῦ στρατηγὸν παρὰ Ἀθηναίων λαβεῖν, λαμβάνουσι Τυρταῖον τὸν ποιητήν, χωλὸν ἄνδρα· ὃς ἐπ' ἀρετὴν αὐτοὺς παρακαλῶν, εἷλε τῷ κ' ἔτει τὴν Μεσσήνην.*

7) Verba sunt Friderici Thierschii in dissertatione *de Gnomicis carminibus Graecorum*, Act. Philolog. Monac. T. III. p. 593.

ἅπαντα τὸν αἰῶνα βουλευσάμενοι καλῶς· κατέλιπε γὰρ αὐτοῖς ἐλεγεῖα ποιήσας, ὧν ἀκούοντες παιδεύονται πρὸς ἀνδρείαν. Atqui ex hac quoque narratione, licet simplicissima, luce clarius patescit oratorem auditorum Atheniensium benevolentiam captasse, quorum maiores Lacedaemoniis sapientia ac prudentia praestitisse Tyrtaei exemplo demostrare conatus est. Quod quanto magis auxisse et exornasse putandi sunt alii oratores δημοκοπικοὶ, sophistae, poetae comici et quicunque circa tempora belli Peloponnesiaci plebeculam Atheniensem oblectare atque eludere studebant! E talibus sophistarum, rhetorum et poetarum comicorum officinis artificium suum deprompsisse videtur Themistius Orat. XV. p. 197. Λακεδαιμονίοις τοῖς πάλαι πολέμῳ πιεζομένοις ὑπὸ Μεσσηνίων ἀνεῖλεν ὁ θεὸς συμμαχίαν αἰτεῖσθαι Ἀθήνηθεν. πρεσβευσαμένοις δὲ τοῖς Λάκωσιν οἱ Ἀθηναῖοι καὶ συμμαχίαν τὴν Πυθόχρηστον αἰτησαμένοις οὐχ ὅπλα τε ἔδοσαν οὐδὲ ἱππέας οὐδὲ μὰ Δία ψιλοὺς ἢ γυμνῆτας, ἀλλὰ Τυρταῖον τὸν ποιητήν· ᾔδεσαν γὰρ ἅτε σοφοὶ ὄντες Ἀθηναῖοι τοῖς μὲν σώμασι Λακεδαιμονίους Μεσσηνίων οὐχ ἡττωμένους, θάρσει δὲ καὶ προθυμίᾳ βελτίους γενέσθαι, — ἀναστῆσαι δὲ τούτους ἐπτηχότας καὶ ἀνεγεῖραι αὐτῶν τὰ φρονήματα καὶ πρὸς τὸν ἀρχαῖον ζῆλον ἀναγαγεῖν ἱκανὸς μὲν ἦν καὶ Τυρταῖος, ἱκανωτέρα δὲ φιλοσοφία. Unde conficitur totam rem ab Atheniensibus ita esse inversam, ut omnia ad suam gloriam virtutemque spectarent, Lacones autem sapientia saltem ac prudentia deteriores evaderent. Rectissime igitur indicavit Thierschius p. 595. „Sed omnis haec res ad gloriam Atheniensium pertinebat. Itaque ab iis studiose debuit arripi, qui publicis orationibus, ut populi vanitati satisfacerent, veritatis non nimis studiosi, priscam patriae laudem augere nitebantur. At rhetoribus et panegyristis ad rerum Atticarum seu Ἀτθίδων scriptores cum aliis multis eius generis commentis transiit,

et in libris eorum celebrata est, ut ex Strabonis loco supra posito apparet, qui eius auctorem primo loco Philochorum clarum Atthidos auctorem commemorat. Videant igitur cui fidant, qui hanc lubricam in re gravissima famam sequuntur, ut bellicae poeseos laudem Spartanis eripiant, eamque Atheniensibus gratificentur. Si autem ornatum, quem rhetores et panegyristae fabulae addiderunt, detrahas, remanet sententia Atticorum vanitati atque odio in Spartanos congrua, nempe Atheniensem vel ludi magistrum eumque insipidum sapere inter Lacones eisque belli ducem esse satis idoneum." —

Lycurgi enarratio nobis videbatur omnium verisimillima, quamvis passim ex Atheniensium magniloquentia profecta. Sed ex hac ipsa narratione similibusque, quae rerum gestarum simplicitati et integritati adhuc proximae fuerunt, mirae istae et commenticiae fabellae manasse videntur. Etenim Tyrtaeo duce Lacedaemonii non solum victoriam reportasse sed etiam iuventutis disciplinam instituisse dicuntur (τὴν περὶ τοὺς νέους ἐπιμέλειαν συντάξασθαι), quod quidem carminibus elegiacis praecipue effectum est, quibus audiendis iuvenes ad virtutem ducuntur et instruuntur. Quanquam vix probabile videtur Tyrtaeum immutasse firmissimam illam Spartanorum disciplinam, a Lycurgo constitutam, hoc tamen pro comperto habere possis illum multa instaurasse vel paullisper inflexisse, quae forsitan per decursum temporis atque rebus adversis erant commutata, ita ut integram atque puram Lycurgi disciplinam revocasse putandus sit, id quod apparet etiam ex Eunomiae reliquiis. Tyrtaeus igitur iuventutis Spartanae curam habuisse dicebatur: unde quam facile factum sit, ut dicaces Athenienses sibi fingerent ludi magistrum, nullis omnino indiget argumentis. Iam primum habes ludi magistrum eundemque simplicem et incomptum; alius addidit epitheta ornantia, ita ut mox prodiret altero pede claudus aegraque animi valetudine affectus.

Vidimus a plerisque scriptoribus Tyrtaeum habitum esse Atheniensem, a civibus suis ad Lacedaemonios missum: accedit gravissimum Platonis (de Legibus I. p. 629. A.) testimonium, qui designat *Τύρταιον, τὸν φύσει μὲν Ἀθηναῖον, τῶνδε [Λακεδαιμονίων] δὲ πολίτην γενόμενον.* Cui assentitur Plutarchus Apophthegmat. Lacon. p. 230. *Πυνθανομένου δέ τινος, διὰ τί Τυρταῖον τὸν ποιητὴν ἐποιήσαντο πολίτην, Ὅπως, ἔφη, μηδέποτε ξένος φαίνηται ἡμῶν ἡγεμών.* Sed non omnes consentiunt in hac re. Suidas enim Tyrtaeum fuisse tradit Laconem vel Milesium: *Τυρταῖος, Ἀρχιμβρότου, Λάκων ἢ Μιλήσιος, ἐλεγειοποιὸς καὶ αὐλητής· ὃν λόγος τοῖς μέλεσι χρησάμενον παροτρῦναι Λακεδαιμονίους καὶ πολεμοῦντας Μεσσηνίοις ταύτῃ ἐπικρατεστέρους ποιῆσαι.* Bene Thierschius Suidam hoc loco habuisse auctores satis accuratos ex eo concludit, quod nomen patris Tyrtaei a nullo alio relatum illi cognovissent: „Hoc ipsum autem nomen *Λακωνικὸν κόμμα* habet. Laconum enim nomina plura a *ΒΡΟΤΟΣ* composita sunt, et in eam terminationem exeunt, ut Thebanorum in *ΩΝΔΑΣ.*“ Sed hoc fortasse minoris momenti, si quidem aliarum quoque gentium Graecarum supersunt nomina desinentia in *ΒΡΟΤΟΣ*, ut *Ἐχέμβροτος Ἀρκάς, Καλλίμβροτος Καυλωνιάτης, Στησίμβροτος Θάσιος*, et fortasse alia apud alias gentes obvia. Laco enim dici poterat Tyrtaeus, propterea quod civitate eum donaverant Spartani; frequentissimum est enim, ut non solum ab loco natali, sed etiam ab urbibus peregrinis, quas postea sedes sibi elegerunt, cives denominentur.[8]) Milesius autem quomodo vocari potuerit Tyrtaeus, parum liquet, quanquam fuerunt, qui hoc ita explicare conati sint, ut Tyrtaeum Mileto, Atheniensium colonia, primum Athenas, deinde in Peloponne-

---

8) V. Welcker. ad Alcman. p. 4. Passov. ad Theognid. 771. ed. Bekker. 1. C. O. Mülleri Dor. I. p. 122.

sum migrare iubeant.[9]) „At hi quidem, ut Thierschius ait, instar veterum scholiastarum in rebus, quas ignorant, explicandis, probabilia sectando historias fingunt, quae pessima exegeseos ratio philologiam fabulis et opinionum commentis oneravit. In his autem rebus diiudicandis omnino facilius est videre, quid falsum, quam invenire, quid verum sit. Ita quod pede claudum finxerunt eum non inconcinne ad carminum genus, quo inclaruit, relatum est. Ipsa enim elegia ob pentametrum, qui hexametri numero duobus in pedibus fracto originem habuit, *clauda* esse et pede claudo incedere dicta est. In hoc igitur allegoriae species manifesta.“ —

Alii denique fuerant inter veteres, qui Tyrtaeum neque Athenis, neque Mileto, sed Aphidnis Spartam venisse dicerent, referente Strabone (VIII, 4, 10.), qui quidem Tyrtaei distichis quibusdam laudatis, quae ipsum male intellexisse postea (ad fragm. 1.) videbimus, haecce verba adiungit: *ὥςτε ἢ ταῦτα ἀκυρωτέον τὰ*[10]) *ἐλεγεῖα, ἢ Φιλοχόρῳ ἀπιστητέον καὶ Καλλισθένει καὶ ἄλλοις πλείοσιν εἰποῦσιν ἐξ Ἀθηνῶν καὶ Ἀφιδνῶν ἀφικέσθαι, δεηθέντων Λακεδαιμονίων κατὰ χρησμόν, ὃς ἐπέταττε παρ' Ἀθηναίων λαβεῖν ἡγεμόνα.* Strabo minus accurate hoc loco dixit Tyrtaeum Philochoro, Callisthene aliisque auctoribus *ἐξ Ἀθηνῶν καὶ Ἀφιδνῶν ἀφικέσθαι*, significans nonnullos istorum scriptorum Tyrtaeum Athenis, alios eundem Aphidnis succurrentem Lacedaemoniis proposuisse. Mi-

---

9) V. Böttiger. in Wielandii Museo Attico I. p. 356. O. Schneider über das eleg. Gedicht der Hellenen in Creuzeri et Daubii Studiis Heidelbergensibus IV. p. 17.

10) Ita scriptum est ex emendatione Porsoni Adversar. p. 39. cf. Franck. Callin. p. 146. sq. In libris enim legitur *ἠκύρωται ὄντα*, unde quam facile elici potuerit *ἀκυρωτέον τά*, neminem fugit. Thierschius p. 601. parum feliciter coniecit *ἠκύρωται οὖν τὰ ἐλ.*

nime tamen Thierschium[11]) sequutus illa verba pro corruptis habueris, propterea quod sensum exhibent paullo quidem obscuriorem, minime tamen inexplicabilem. Iam quum binae memorentur Aphidnae, quarum alterae sitae erant in Attica, alterae in Lacedaemonia,[12]), nova exoritur quaestio, unde Tyrtaeus Spartam profectus sit, quippe qui iam natione aut Atticus aut Lacedaemonius appareat. Strabonem in hac re auctores suos nimis festinanter et breviter tantum adumbrasse dolendum est, ita ut neque liqueat, utrum Atticae an Laconicae Aphidnae intelligendae sint, neque an iidem auctores, qui vulgari fabula repugnante Tyrtaeum Aphidnis repetiere, memoriae prodiderint ipsum ducem sive consiliarium a Lacedaemoniis esse arcessitum secundum oraculi responsionem. Iam si ponemus Aphidnas illas fuisse in Laconia sitas, nemo unquam expediet, quomodo Athenienses hominem Aphidnis Laconicis ortum suum civem habere potuerint. Nimirum si Athenienses omnem Tyrtaei fabulam conturbasse affirmavimus, istius tamen commenti probabilitatem Sophista vel dicacissimus non magis impetraverit, quam si cui in mentem venerit Leonidam, fortissimum ad Thermopylas pugnatorem, regem Spartanorum, subito commutare in civem Atheniensem. Itaque verisimilius videtur Aphidnas assumere in Attica prope Eleusinem sitas, quas tamen incertum est, utrum eo tempore, quo Tyrtaeus floruit, in Athenarum ditione iam fuerint, necne. Iam vero si statuamus Aphidnas tunc temporis nondum ab Atheniensibus fuisse

---

11) L. c. p. 591. „Non est dubium, quin locus in vocibus ἐξ Ἀθηνῶν καὶ Ἀφιδνῶν tertiam corruptelam habeat. Nam si Athenis venerat Tyrtaeus, non poterat Aphidnis venire." Sane. Sed si non Athenis venerat, poterat Aphidnis venire.

12) Stephan. Byz. p. 200. Ἄφιδνα, δῆμος Ἀττικῆς τῆς Λεοντίδος φυλῆς. — ἔστι δὲ καὶ πληθυντικὸν Ἄφιδναι· ἔστι καὶ τῆς Λακωνικῆς, ὅθεν ἦσαν αἱ Λευκιππίδες κ. τ. λ. cf. Pausan. I, 17, 6. II, 22, 7. III, 18, 3.

occupatus, facillimum est explicatu, quomodo ex Tyrtaeo Aphidnaeo seriori demum aetate factus sit Atheniensis. Neque, si hoc mihi dederis, Platonis testimonium amplius adversabitur, Tyrtaeum natura quidem Atheniensem, Lacedaemoniorum vero civem appellantis; etenim quicunque ortus erat ex Attica civitate, *κατ᾽ ἐξοχὴν* gaudebat epitheto Atheniensis, eodem Platone demonstrantó de Legibus lib. I. p. 626. E. *Ὦ ξένε Ἀθηναῖε — οὐ γάρ σε Ἀττικὸν ἐθέλοιμ᾽ ἂν προσαγορεύειν· δοκεῖς γάρ μοι τῆς θεοῦ ἐπωνυμίας ἄξιος εἶναι μᾶλλον ἐπονομάζεσθαι.*

Habes igitur Tyrtaeum proprie quidem Aphidnaeum, sed eundem Platonis saltem tempore etiam Atheniensem, quem C. O. Müllerus in libro de Doriensibus Vol. I. p. 152. magna cum probabilitate coniecit Lacedaemoniorum auxilio venisse belli socium, veluti Corinthios aliosque. Ac tale quippiam re vera spectantem supra iam vidimus Themistium, qui commemorat *συμμαχίαν τὴν Πυθόχρηστον* a Laconibus desideratam, quam quidem Themistius tantum abest, ut ipse finxerit, ut ex rerum monumentis hodie deperditis tradidisse putandus sit.

Restat indagandum, quonam temporis spatio floruerit Tyrtaeus. Iam annum quidem natalem nemo hodie sibi persuaserit posse inveniri; ex Pausania autem supra cognovimus bellum Messeniacum alterum, quo poeta ad summum fastigium pervenerat, initium cepisse ab Olympiadis XXIII. anno quarto et undequadragesimo quidem anno post Ithomae expugnationem.[13]) Pausaniae autem repugnant Iustinus atque Eusebius, quorum non solum uterque spatium quod inter primum et alterum bellum positum fuerit, constituit octoginta annorum, sed alter quoque secundum bellum inchoasse tradit ab Olympiade

---

13) Pausan. IV, 15, 1. *ἀπέστησαν ἔτει τριακοστῷ μὲν καὶ ἐνάτῳ μετὰ Ἰθώμης ἅλωσιν, τετάρτῳ δὲ τῆς τρίτης Ὀλυμπιάδος εἰκοστῆς, ἣν Ἴκαρος Ὑπερησιεὺς ἐνίκα στάδιον.*

XXXVI.[14]); iisque assentire videtur Suidas, qui Tyrtaeum floruisse scribit circa Olympiadem XXXV.[15]) Iam primum bellum Pausania (IV, 13, 4.) auctore finitum est Olympiadis XIV. anno primo, postquam Lacedaemonii undeviginti annos Ithomen oppugnaverant, id quod ex Tyrtaei fragmento 4. apparet.

Ἀμφ' αὐτὴν δ' ἐμάχοντ' ἐννέα καὶ δέκ' ἔτη —
εἰκοστῷ δ' οἱ μὲν κατὰ πίονα ἔργα λιπόντες
φεῦγον Ἰθωμαίων ἐκ μεγάλων ὀρέων.

Notissimum est primi belli ansam dedisse Polycharem Messenium, quem Olympiade quarta stadium vicisse omnes scriptores inter se consentiunt.[16]) Iam si ponamus, ut vulgo fieri solet, primum bellum incepisse ab Olympiadis IX. anno secundo, haec quidem ratio Polycharis palmae Olympicae nequaquam refragetur. Intervallum vero, quod inter utrumque bellum intermissum erat, ab ipso Tyrtaeo ita definitur, ut suorum aequalium avos primo bello pugnasse significet: *αἰχμηταὶ πατέρων ἡμετέρων πατέρες.* Quae quidem definitio magis convenit Pausaniae quam ceterorum rationi, licet fortasse aliquot annis post Olympiadem XXXIII. secundum bellum inchoavit. Itaque quum idem hoc bellum

---

14) Iustin. III, 5, Euseb. Chron. can. p. 327. ed. Mai. ubi ad Olympiad. 36. annotatum est: *Messene deficit a Lacedaemoniis.* Ibique ad Olymp. XXXVII. *Timaeus Atheniensis cognoscebatur.* Cui suffragatur Syncellus p. 213. C. *Μυρταῖος Ἀθηναῖος ποιητὴς ἐγνωρίζετο.* Priore loco corrigendum esse *Tyrtaeus*, altero *Τυρταῖος* luce clarius perspicitur.

15) Suidas T. III. p. 520. *Τυρταῖος — ἔστι δὲ παλαίτατος σύγχρονος τοῖς ἑπτὰ κληθεῖσι σοφοῖς ἢ καὶ παλαίτερος. ἤκμαζε γοῦν κατὰ λε' Ὀλυμπιάδα.*

16) Pausan. IV, 4, 4. *τετάρτην Ὀλυμπιάδα ἦγον Ἠλεῖοι καὶ ἀγώνισμα ἦν σταδίου μόνον, ὅτε ὁ Πολυχάρης ἐνίκησε.* cf. Euseb. Chron. p. 143. Mai.

usque ad Olymp. XXVIII, 1. productum esse dicatur, temporis spatium, quo floruit Tyrtaeus, eo ipso convincitur. Ceteri, qui Tyrtaei ἀκμὴν collocant in Olymp. XXXV., cum illa fortasse mortem confuderunt, cuius quo tempore obtigerit nulla uspiam facta est mentio.

Quoniam eorum, quae pertinent ad Tyrtaei vitae rationes, plura ad liquidum perduci nequeunt, nunc progrediamur ad eius carmina accuratius consideranda, quorum duo potissimum genera distinguenda sunt, elegiaca et anapaestica. Hoc enim quum ex Tyrtaei poematum reliquiis cognoscitur, tum ex diserto Pausaniae (IV, 15, 3.) testimonio, quo enarrante Tyrtaeus apud Spartanos *ἀφικόμενος, ἰδίᾳ τε τοῖς ἐν τέλει καὶ συνάγων ὁπόσους τύχοι καὶ ἐλεγεῖα καὶ τὰ ἔπη σφίσι τὰ ἀνάπαιστα ᾖδεν.* Cui suffragatur etiam Suidas, eo loco, quem Thierschius merito depromptum esse censet ex auctoribus satis accuratis: *Ἔγραψε Πολιτείαν Λακεδαιμονίοις καὶ Ὑποθήκας δι' ἐλεγείας καὶ μέλη πολεμιστήρια, βιβλία ε'.* Ambiguum est, num verba *βιβλία ε'* referenda sint ad omnium Tyrtaei carminum syllogen, an solummodo ad *μέλη πολεμιστήρια* anapaestico metro inclusa. Quomodocunque id sese habuerit, hoc tamen pro certo affirmare licebit, omnem illam librorum divisionem neque ab ipso Tyrtaeo neque ab eius aequalibus esse profectam, sed ad seriorem potius aetatem, fortasse Grammaticorum Alexandrinorum, referendam.

Iam primum argumentum carminum elegiacorum spectasse partim ad civitatem bene gubernandam, partim ad bellum fortiter subeundum ipsa fragmenta ostendunt. Ea autem carmina, quae pacis potius quam belli speciem prae se tulerunt, scriptores a Suida excerpti *ΠΟΛΙΤΕΙΑΣ*, alii *ΕΥΝΟΜΙΑΣ* inscriptione comprehenderunt. Utrumque nomen idem fere significat. Attamen *Εὐνομία* Spartanorum ingenio magis convenire videtur, utpote quibus, Lycurgo intercedente, Pythia ipsa hocce oraculum ediderit:

Ἥκεις, ὦ Λυκόοργε, ἐμὸν ποτὶ πίονα νηόν,
Ζηνὶ φίλος καὶ πᾶσιν Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσιν.
δίζω, ἤ σε θεὸν μαντεύσομαι ἢ ἄνθρωπον,
ἀλλ' ἔτι καὶ μᾶλλον θεὸν ἔλπομαι, ὦ Λυκόοργε.
ἥκεις δ' εὐνομίαν αἰτεύμενος, αὐτὰρ ἔγωγε
δώσω τὴν οὐκ ἄλλη ἐπιχθονίη πόλις ἕξει.[17])

Neque omnino Lacedaemonios constat prae ceteris *Εὐνομίας* nomine esse gavisos, sed ipsius quoque Lycurgi, illorum legislatoris, patrem *Εὔνομον* dixisse memoriae prodidit Plutarchus (Lycurg. c. 2.): quod quidem nomen quamvis inter fabulas referendum, haud ambigue tamen significat rem publicam a Lycurgo institutam *Εὐνομίαν* potissimum esse nuncupatam. Iam vero luce clarius evincitur Tyrtaeum in elegiis politicis civitatis, qualem Lycurgus sibi formaverat certisque finibus circumscripserat, imaginem repraesentasse, vel illius potius disciplinam per annorum decursum, ut solet, fortasse in deteriorem partem acceptam ideoque depravatam, restaurasse atque civibus suis in memoriam revocasse. Eorum vero carminum, quae olim Tyrtaei *Εὐνομία* inclusit, argumentum a seditionibus imprimis aliisque actionibus civilibus originem duxisse videtur, in quibus aut sedandis aut componendis Tyrtaei operam maxime esse versatam antiquitas ipsa demonstrat. Aristoteles enim in Politicorum lib. V. c. 6. varia seditionum genera recensens, eas interdum etiam oriri dicit, ὅταν οἱ μὲν ἀπορῶσι λίαν, οἱ δ' εὐπορῶσι· καὶ μάλιστα ἐν τοῖς πολέμοις τοῦτο γίνεται. συνέβη δὲ καὶ τοῦτο ἐν Λακεδαίμονι ὑπὸ τὸν Μεσ-

---

17) Diodor. Excerpt. Vat. p. 1. sq. ed. Dindorf. Suffragatur Plutarchus Lycurg. c. 5. Διανοηθεὶς δὲ ταῦτα, πρῶτον μὲν ἀπεδήμησεν [Λυκοῦργος] εἰς Δελφούς, τῷ θεῷ χρησάμενος καὶ θύσας ἐπανῆλθε, τὸν διαβόητον ἐκεῖνον χρησμὸν κομίζων, ᾧ θεοφιλῆ μὲν αὐτὸν ἡ Πυθία προσεῖπε καὶ θεὸν μᾶλλον ἢ ἄνθρωπον, εὐνομίας δὲ χρῄζοντι διδόναι καὶ καταινεῖν ἔφη τὸν θεὸν ἣ πολὺ κρατίστη τῶν ἄλλων ἔσται πολιτειῶν.

σηνιακὸν πόλεμον. δῆλον δὲ καὶ τοῦτο ἐκ τῆς Τυρταίου ποιήσεως τῆς καλουμένης *Εὐνομίας*· θλιβόμενοι γάρ τινες διὰ τὸν πόλεμον ἠξίουν ἀνάδαστον ποιεῖν τὴν χώραν. Occasionem, qua hoc factum sit, supra iam vidimus adumbratam ex Pausania, quam accuratius persequitur idem IV, 18, 1. 2. hisce verbis: *Μεσσήνιοι δὲ, ὡς ἐς τὴν Εἶραν ἀνῳκίσθησαν, — ἦγον μὲν δὴ τὰ Λακεδαιμονίων καὶ ἔφερον, ὅ τι καὶ δύναιτο αὐτῶν ἕκαστος. ἑλόντες δὲ σῖτον καὶ βοσκήματα καὶ οἶνον ἀνήλισκον, ἔπιπλα δὲ καὶ ἀνθρώπους ἀπεδίδοσαν χρημάτων. ὥστε καὶ ἐποιήσαντο οἱ Λακεδαιμόνιοι δόγμα, ἅτε τοῖς ἐν τῇ Εἴρᾳ μᾶλλον ἢ σφίσιν αὐτοῖς γεωργοῦντες, τὴν Μεσσηνίαν καὶ τῆς Λακωνικῆς τὴν προσεχῆ, ἕως ἂν πολεμῶσιν, ἐᾶν ἄσπορον. καὶ ἀπὸ τούτου σιτοδεία ἐγένετο ἐν Σπάρτῃ, καὶ ὁμοῦ τῇ σιτοδείᾳ στάσις· οὐ γὰρ ἠνείχοντο οἱ ταύτῃ τὰ κτήματα ἔχοντες τὰ σφέτερα ἀργὰ εἶναι. καὶ τούτοις μὲν τὰ διάφορα διέλυε Τυρταῖος.*

Aristotelis et Pausaniae locos optime ex semet invicem illustrat Thierschius (p. 612.) commodamque instituit comparationem Tyrtaei *Εὐνομίας* cum Hesiodi Operibus et Diebus: „Tumultuantes enim, inquit, novam agrorum divisionem postulabant. Iam ab eo consilio, si teste Pausania Tyrtaeus eos revocavit, ex Aristotele sequitur, eum hoc carminibus effecisse, Eunomia nimirum composita. Hinc aliquam si non similitudinem, attamen analogiam inter Hesiodi *Ἔργα* et Tyrtaei *Εὐνομίαν* fuisse coniicias: in illis enim frater, qui hereditate absumpta novam patrimonii partitionem postulabat, ab Hesiodo monetur, in hac Tyrtaeus civium aliquam partem, qui propter bellum rerum ad vitam necessariarum inopia pressi, novam agrorum divisionem moliebantur, ab eo conatu dehortatur. Utque Hesiodus, quo id quod vult efficiat, imprimis iura servanda et iustitiam colendam iniungit, iurisque violati poenas persequitur, ita Tyrtaeum, ut turbulentos a perdito conatu deduceret, civitatis Spartanae eiusque institutorum praestantiam

explicuisse credas, eamque causam fuisse, quare carmen *Εὐνομία* diceretur. Ut autem ad malorum, quibus premerentur, patientiam cives miseros moveret, praeter laudes, quibus patrum instituta persequeretur, aliis argumentis uti poterat et debebat. Debebat celebrare patrum constantiam, quam in primo adversus Messenios bello monstraverant, et in memoriam revocare felicem exitum, ad quem hac ipsa in malis perseverantia istud bellum perduxerant, hostibus penitus devictis et in servorum censum redactis. Ithomae imprimis in priore bello diuturna et operosa obsessio cum Irae oppugnatione, qua tum Spartani atterebantur, commode conferri poterat, ut ex illius eventu perseverare et ultionem ab hostibus sumendam sperare discerent." — Sed commodius etiam comparare licet Tyrtaei *Εὐνομίαν* cum Solonis carminibus politicis, qualia fuerunt elegiaca *περὶ τῆς τῶν Ἀθηναίων πολιτείας* conscripta.[18])

Quae quum ita sint, exponendum restat, quaenam carminum elegiacorum reliquiae ex Eunomia depromta esse videantur. Iam primum Strabo VIII, 4, 10. tetrastichium (fragm. I.) servavit, distinctis verbis ad Eunomiam relatum, in quo Tyrtaeus civitatis Lacedaemoniae originem describit, ab Heraclidis inde et Doriensibus repetendam, et, sicut ex Strabonis quidem verbis colligitur, progressus est usque ad suam aetatem: *Πλεονάκις δ' ἐπολέμησαν διὰ τὰς ἀποστάσεις τῶν Μεσσηνίων. Τὴν μὲν οὖν πρώτην κατάκτησιν αὐτῶν φησὶ Τυρταῖος ἐν τοῖς ποιήμασι κατὰ τοὺς τῶν πατέρων πατέρας γενέσθαι, τὴν δὲ δευτέραν, καθ' ἣν ἑλόμενοι συμμάχους Ἠλείους καὶ Ἀργείους [καὶ Ἀρκάδας] καὶ Πισάτας ἀπέστησαν, Ἀρκάδων μὲν Ἀριστοκράτην τὸν Ὀρχομενοῦ βασιλέα παρεχομένων στρατηγὸν, Πισατῶν δὲ Πανταλέοντα τὸν Ὀμφαλίωνος· ἡνίκα φησὶν αὐτὸς στρατηγῆσαι τὸν πόλεμον τοῖς Λακεδαιμονίοις·*

---

18) Vide quae disputavimus ad Solonem p. 25. sqq.

καὶ γάρ εἶναί φησιν ἐκεῖθεν ἐν τῇ ἐλεγείᾳ,[19]) *ἣν ἐπιγράφουσιν Εὐνομίαν·*

> *Αὐτὸς γὰρ Κρονίων, καλλιστεφάνου πόσις Ἥρης,*
> *Ζεὺς, Ἡρακλείδαις τήνδε δέδωκε πόλιν,*
> *οἷσιν ἅμα προλιπόντες Ἐρινεὸν ἠνεμόεντα*
> *εὐρεῖαν Πέλοπος νῆσον ἀφικόμεθα.*

Hinc sequitur Tyrtaeum in Eunomia ad consilia ac rationes suas magis etiam comprobandas adhibuisse res a maioribus gestas, quibus cives suos ad constantiam ac fortitudinem incitaret. Itaque verisimillimum videtur omnia fragmenta, in quibus vestigia impressa sunt, ad rem civilem magis quum bellicam spectantia, in Eunomiam, utpote elegiarum politicarum collectionem, olim fuisse redacta. Quam ob rem nunquam dubitavimus (etiam antequam Thierschii dissertationem nostrae rationi faventem perlegeramus) ad Eunomiam etiam referre disticha, quibus poeta Spartanorum rei publicae formam descripsit a Lycurgo institutam eamque a Polydoro et

---

19) In Strabonis editionibus vulgo legitur *ἐν τῇ ποιήσει ἐλεγείᾳ*. Sed vocabulum *ποιήσει*, hoc loco prorsus otiosum, omittitur in Codd. Par. 2. Eton. Esc. Mosc., et quoniam in Cod. Eton. inter lineas scriptum reperitur a recenti manu, interpolationis indicium satis manifestum. Ipsum vero illud interpretamentum Glossator ex Aristotelis loco supra laudato, ubi vox *ποίησις* meliorem occupat sedem, deprompsisse videtur. — In praecedentibus inseruimus verba *καὶ Ἀρκάδας*, quibus sententiae tenor carere non potest. V. Pausan. IV, 15, 4. *Μεσσηνίοις μὲν οὖν Ἠλεῖοι καὶ Ἀρκάδες, ἔτι δὲ ἐξ Ἄργους ἀφίκετο καὶ Σικυῶνος βοήθεια.* cf. Mülleri Dor. I. p. 149. Deinde post *Λακεδαιμονίοις* Casaubonus et Coraës addenda esse coniecerunt verba *ἐλθὼν ἐξ Ἐρινεοῦ*. Haec autem coniectura non solum lubrica mihi videtur, sed recte etiam annotavit Thierschius p. 591. ita locum nondum esse sanatum: „Desunt enim, inquit, versus, ex quibus probari putabat Strabo, poetam eius belli ducem fuisse. Nam qui addantur, diversum argumentum habent, de quo mox videbimus."

Theopompo regibus accuratius circumscriptam et a Deo Delphico sancitam (fragm. 2.); huc accedunt versus, qui Theopompi mentionem iniiciunt, quo quidem rege Messenia primum a Lacedaemoniis erat capta (fragm. 3.); hos iterum excipiunt fragmenta, quibus primi belli Messeniaci rationes, difficultates atque finis una cum duris conditionibus, quas victores victis statuerunt (fragm. 4. 5.), describuntur.

Ex his omnibus conficitur Tyrtaei Eunomiam olim suppeditasse expositionem historiae atque rei publicae Lacedaemoniorum, exordientem illam quidem inde ab Heraclidarum reditu et procedentem usque ad bellum Messeniacum primum ab eoque ad ipsius poetae aetatem variis rerum civilium seditionibus turbatam.

Suidas iuxta *Πολιτείαν* sive *Εὐνομίαν* Tyrtaeo assignat *Ὑποθήκας δι' ἐλεγείας*, ex quibus haud dubie deprompta sunt fragmenta elegiaca, cohortationibus ad studium et ad laborem omnemque virtutem incitantia. Recte enim Thierschius p. 618. *ὑποθήκας* consilia esse dicit, quae alicui suggeras, quibus eum moneas atque horteris, ducta significatione ex usu verbi *ὑποτίθεσθαι*, velut *σοὶ δ' αὐτῷ πυκινῶς ὑποθήσομαι, αἴ κε πίθηαι.* Odyss. *α*, 279. coll. *β*, 194. *ε*, 143.

Harum *Ὑποθηκῶν* sive elegiarum bellicarum hodie supersunt tres eclogae ampliores (fragm. 6—9.), ad quas accedunt duo versus eiusdem fere cum illis argumenti (fragm. 10. 11.). His autem adhortationibus elegiacis usus est poeta, ut iuvenes Lacedaemonios ad bellum cum Messeniis fortiter gerendum inflammaret omnemque ex illorum animis depelleret ignaviam ac timiditatem. Sed noli confundere carmina elegiaca ad fortitudinem stimulantia atque *ἐμβατήρια* anapaestico metro composita, quae decantabant milites in aciem progredientes. Illas enim poeta recitasse videtur adolescentibus ad pugnandum paratis, antequam castra movere coeperant, siquidem id, quod postea legibus erat constitutum,

ex ipsius Tyrtaei consuetudine originem deduxit: qui quidem mos qualis fuerit explicat Lycurgus oratione in Leocratem c. 28., ubi Lacedaemonii dicuntur *περὶ τοὺς ἄλλους ποιητὰς οὐδένα λόγον ἔχοντες, περὶ τούτου [Τυρταῖον] οὕτω σφόδρα ἐσπουδάκασιν, ὥςτε νόμον ἔθεντο, ὅταν ἐν τοῖς ὅπλοις ἐκστρατευόμενοι ὦσι, καλεῖν ἐπὶ τὴν τοῦ βασιλέως σκηνὴν ἀκουσομένους Τυρταίου ποιημάτων ἅπαντας, νομίζοντες οὕτως ἂν αὐτοὺς μάλιστα πρὸ τῆς πατρίδος ἐθέλειν ἀποθνήσκειν.* Hunc Lycurgi locum vel eius similem ante oculos habuisse putandus est Dio Chrysostomus T. II. p. 78 sq. Reisk. *Μόνου γὰρ Ὁμήρου μνημονεύουσιν οἱ ποιηταὶ αὐτῶν ἐν τοῖς ποιήμασι, καὶ ἄλλως μὲν εἰώθασι λέγειν, ἀεὶ δέ, ὁπόταν μέλλωσι μάχεσθαι, παρακελεύονται τοῖς αὐτῶν, ὥςπερ τὰ Τυρταίου ἐν Λακεδαίμονι ἐλέγετο.*

Neque tamen illud solummodo erat sancitum, ut milites pugnaturi ante regis tentorium audirent Tyrtaei poemata, sed ipsos quoque iuvenes in epulis, Paeane iam decantato, singulos alternatim Tyrtaei carmina cecinisse testis idoneus est Philochorus apud Athenaeum XIV. p. 630. F. *Φιλόχορος δέ φησι κρατήσαντας Λακεδαιμονίους Μεσσηνίων διὰ τὴν Τυρταίου στρατηγίαν ἐν ταῖς στρατείαις ἔθος ποιήσασθαι, ἂν δειπνοποιήσωνται καὶ παιωνίσωσιν, ᾄδειν καθ' ἕνα Τυρταίου· κρίνειν δὲ τὸν πολέμαρχον καὶ ἆθλον διδόναι τῷ νικῶντι κρέας.* Hinc sequitur Tyrtaei poemata ad instar carminum amoebaeorum a iuvenibus Lacedaemoniis esse cantata vel recitata; neque inepte Thierschius p. 641. comparat cum illis pastores, qui apud Theocritum cantu se provocant et alternis vicibus aemulantur, praemio praeposito et sedente iudice, quem ipsi elegerunt. „In tali, inquit, certamine carmina similia sese excipere possunt, illud autem spectatur et agitur, ut alter altero vi et concinnitate eorum, quibus adversarium excipiat, superior evadat.“ — Hoc tamen licet dubitare, utrum Philochorus solas elegias intellexerit, an *ἐμβατήρια* quoque in-

cluserit, quae in iuvenum animis admirabilem quandam exercuisse vim quis est qui infitias eat? C. O. Müllerus in libro de Doriensibus (II. p. 336.) et Thierschius (p. 640. sq.) priorem quidem sententiam amplexi sunt, sed neuter argumenta attulit satis idonea.

Haec omnia igitur a Lacedaemoniis erant instituta, ut iuvenum animos ad bellum atque virtutem inflammarent; id quod patet etiam e Cratis quadam sententia in Scholiis ad Homeri Iliad. o, 496. p. 428. b. ed. Bekker. *Κάλλιον δέ φησι ταῦτα πρὸς τοὺς νέους ἀναγιγνώσκειν Κράτης εἰς διέγερσιν, ἢ ἃ Τυρταῖος Λακεδαιμονίοις ἔγραψεν.* Quanquam hoc loco non unice de Spartanorum iuvenibus agi videtur, qui haec carmina memoriae commendaverint, illi tamen prae ceteris Graeciae gentibus Tyrtaeum in deliciis habuisse censendi sunt. Nimirum Leonidas rex, quum ex eo quaereretur, qualis poeta Tyrtaeus esse videatur, respondisse dicitur *Optimum ad iuvenum animos exacuendos*, referente Plutarcho in Vita Cleomenis c. 2. *Λεωνίδαν μὲν γὰρ τὸν παλαιὸν λέγουσιν ἐπερωτηθέντα, ποῖός τις αὐτῷ φαίνεται ποιητὴς γεγονέναι Τυρταῖος, εἰπεῖν. Ἀγαθὸς νέων ψυχὰς αἰκάλλειν.*[20]) *Ἐμπιπλάμενοι γὰρ ὑπὸ τῶν ποιημάτων ἐνθουσιασμοῦ παρὰ τὰς μάχας ἠφείδουν ἑαυτῶν.*

Neque tamen soli Lacedaemonii, sed etiam reliquae Graeciae homines excellentissimi quique Tyrtaei carmina ita ut par est aestimare solebant. Iam vero Plato, divinus philosophus, in libro de legibus primo p. 629. hospitem Atheniensem proponit ostendentem praestantiores esse res pacis quam belli; atque legumlatori pacis caussa de bello potius quam belli caussa de pace leges esse conscribendas, deinde ad Tyrtaeum se convertentem haece apostropha: *Ὦ Τύρταιε, ποιητὰ θειότατε,*

---

20) Hoc verbum multo magis Spartanorum regis ingenium sapit, quam *καλλύνειν*, quod exstat apud Plutarch. de Solertia Animal. c. 1.

δοκεῖς γάρ δὴ σοφὸς ἡμῖν εἶναί καὶ ἀγαθός, ὅτι τοὺς μὲν ἐν τῷ πολέμῳ διαφέροντας διαφερόντως ἐγκεκωμίακας. Concedit igitur Plato Tyrtaeum id quod voluerit consequutum esse. Quod autem poeta fortitudinem prae ceteris virtutibus celebravit, id philosophus reprehendere debebat, quippe cui quatuor virtutes principales placerent, iustitia, temperantia, prudentia, fortitudo (δικαιοσύνη, σωφροσύνη, φρόνησις, ἀνδρία), ita at fortitudo neque unica, neque prima virtus habenda sit, sed in quarto demum loco ponenda. Maximam vero virtutem philosophus statuit πιστότητα ἐν τοῖς δεινοῖς, ἥν τις δικαιοσύνην ἂν τελέαν ὀνομάσειεν· ἣν δ' αὖ Τύρταιος ἐπῄνεσε μάλιστα, καλὴ μὲν καὶ κατὰ καιρὸν κεκοσμημένη τῷ ποιητῇ, τετάρτη μέντοι ὅμως ἀριθμῷ τε καὶ δυνάμει τοῦ τιμία εἶναι λέγοιτ' ἂν ὀρθότατα. Tollit igitur laudibus Tyrtaeum poetam bellicum, eumque suo genere praestantissimum esse profitetur, quanquam philosophus aequo animo perferre nequit, quod ille fortitudinem ceteris virtutibus anteposuit.

Accedit denique Horatius (Art. poet. 401. sqq.) Tyrtaei laudator, qui paucissimis verbis defunctus iudicium suum pronuntiavit in hunc modum:

Post hos insignis Homerus,
Tyrtaeusque mares animos in Martia bella
Versibus exacuit.

Quod quidem dictum secus, atque ipse Horatius intellexit, interpretatus est Quintilianus Instit. Or. X, 1, 56. „Quid! Horatius frustra Tyrtaeum Homero subiungit!“ — Idemque XII, II, 27. „Neque enim, si quis Achillis gloriam in bellicis consequi non potest, Aiacis aut Diomedis laudem aspernabitur, neque, qui Homeri non, Tyrtaei.“ Horatius enim non secundo post Homerum loco Tyrtaeum poetam collocandum esse censuit, sed Tyrtaeum potius eam ob caussam Homero subiunxit, quod eius poemata post Homerica maximam ad

civium suorum animos incitandos vim habuisse putanda sunt. Horatius igitur neque numero neque virtute poetica, sed tempore tantummodo Tyrtaeum post Homerum poetarum iudicavit esse secundum, quorum utriusque carmina divinam paene habuissent efficacitatem.

Iam quaerere aliquis possit, unde factum sit, ut Tyrtaei carmina elegiaca composita sint dialecto, quae gentibus Ionicis magis convenire videatur, quam Doricis quibus annumerandi sunt Spartani. Vulgo quidem hanc dialectum, qualem in antiquissimis carminibus epicis atque elegiacis conspicamur, Ionicam esse dicunt, sed re vera neque Ionica neque Dorica neque Aeolica neque omnino singularum gentium propria fuit unquam, sed omnium fere communis; id quod patet etiam ex carminibus Homericis, quum nemini Graecorum ignotis, tum summa Lacedaemoniorum imprimis admiratione iam dudum ante Tyrtaei aetatem accepta; notum est enim Homeri poesim a Lycurgo ex Ionio in Peloponnesum esse illatam et poetam ipsum apud Lacedaemonios semper in maximo honore fuisse.[21]) Hinc sequitur dialectum quoque carminum Homericorum, quae epica vocari possit, Spartanis fuisse satis notam, ita ut eandem dialectum, in poesi elegiaca, quippe quae epicae apud Graecos fuerit proxima, iam ante Tyrtaeum a Callino, Archilocho aliisque fortasse admissam, penitus assequerentur. Sicut in carminibus elegiacis epica, ita in anapaesticis eundem Tyrtaeum Dorica dialecto usum esse videmus, utpote quae iuxta Aeolicam maxime ad poesim lyricam fuerit accommodata. Quoniam de omni hac re doctissime et acutissime disputavit Thierschius in dissertatione supra laudata p. 603. sqq., cui nemo fere non suffragabitur, nova huius rei commentatione supersedentes illius verba in nostrum usum convertamus: „Hic primum, inquit, observandum est, falso dialectum

---

21) Vide Wolfii Prolegomena ad Homerum p. CXXXIX. sq.

dici Ionicam, quae epica dici debet. Ionum dialectus quae fuerit, ex parte saltem Herodoti et Hippocratis scripta satis claro docent. Verum quidem est, cum hac in rebus haud paucis convenire epicorum sermonem, sed in rebus haud paucioribus ab ea recedit, et analogiam habet, quam modo Aeolicam, modo Doricam Grammatici dixerunt. Hinc miro errore isti finxerunt, Homerum dialectum Ionicam Aeolismis et Dorismis temperasse. Tale opinionis portentum qui amplectatur, nunc quidem puto fore neminem. Superest igitur, ut statuamus, epicos dialectum habere, quae ut ad Ionicam, Doricam et Aeolicam accedat, propius autem ad Ionicam, ita ab his omnibus diversa sit, legesque sequatur suas et peculiares. Haec autem, quam epicam recte dixeris, quia epicorum est, originem habuit eandem cum poesi epica, quam in ipsa Graecia ante Doriensium migrationes finitas natam et per totam Graeciam carminibus diffusam fuisse ante quindecim fere annos in libello de Hesiodi carminibus eorumque ad Homerica ratione docui. Multa sane in ea dialecto et rhythmi natura peperit, plura tamen ex ipsius gentis, cuius erat, indole repetenda sunt. Quam autem eam gentem fuisse existimabimus? Non frustra est, quod Homerus Graecos plerumque Achaeorum nomine appellat. Hi enim Peloponnesi fere totius domini et per propinquas terras propagati, nec minus in Thessalia conspicui, praecipuam omnis quae tunc erat nationis partem constituebant, neque ab Ionibus, qui postea dicti sunt, multum erant diversi. Hi igitur et poesim excoluerunt epicam atque ita legibus et exemplis firmaverunt, ut prisco aevo omnes omnium Graecarum gentium poetae eam sequerentur, sive illi Boeoti essent, ut Hesiodus et Hesiodeae Musae sectatores, sive Peloponnesii, ut Euenus, seu denique Lesbii, ut Terpander.

Nulla enim alia Graecorum dialectus praeter hunc musica et rhythmis exculta erat, nec quisquam tum erat,

qui eam, tanquam communem priscae gentis loquelam, non intelligeret. Neque sequutis temporibus usus eius aut intelligentia cessavit, cum Dorienses Achaeis aut debellatis aut pulsis Peloponnesi domini exstitissent. Achaei enim superati erant, non extincti, nec quisquam nunc quidem est, qui ignoret Dorienses etiam in illis terris, quarum imperium tenebant, numero fuisse pauciores, maiorem autem populi partem per Lacedaemoniam, Messeniam, alias regiones diffusam Achaeos fuisse, quos si proeliis superare non possent, Dorienses secum iure et legibus coniungerent, aut penitus devictos in Helotarum censum redigerent. Manente autem Achaeorum populo, quamvis nomen cessaret, et omnes in Doricae gentis appellationem reciperentur, mansit etiam linguae eorum usus in carminibus et intelligentia. Ea utebantur ut poetae epici, ita hymnorum et ceremoniarum auctores, item vates et oraculorum conditores, et qui praeterea aliquid rhythmi et musicae legibus illigare et in hominum notitiam proferre vellent. Hos sequuti elegiarum conditores non habebant, quod exhiberent, nisi hanc ipsam priscae gentis orationem usu diuturno sancitam, eamque quin sequerentur eo minus dubitabant, quod ipsorum musa ab epica non diversa habebatur. Vetustissimi enim elegi et ipsi ἐπέων appellatione veniebant.

Tantum igitur abest, ut miremur, Dorienses illa aetate elegias epica lingua composuisse, potius ut miraculi et portenti instar esset, si inveniretur aliquis, qui prisco more iam tunc relicto linguam exhibuisset, qualem exempli caussa Lacones in Lysistrata Aristophanis monstrarunt. Non enim prius quam Lyrica a Lesbiis Aeolensibus exculta esset, poetae coeperunt a prisca epica lingua recedere, eamque temperare Aeolismis et Dorismis, ut Terpander et Pindarus, aut prorsus cum lingua patria permutare, ut Sappho, Alcaeus, Corinna, alii.

Iam igitur, ut veluti summam huius disputationis colligamus, non Ionicam dialectum carmina, de quibus agimus, sequuntur, sed epicam, hancque exhibent, quod eius aevi poetae, sive Aeolici sive Dorici, seu denique Ionici illi essent, imprimis in elegis condendis aliam sequi non potuerunt. Si in re aperta exempla aliquis requirat, ex multis, quae afferri possunt, unum proferamus admodum conspicuum, quippe quod ex ipsius belli Messenii secundi temporibus desumtum est, et Messenios in carminibus condendis eodem, quo Lacones et metrorum genere et dialecti tenore usos esse, claro demonstrat. Nam Aristomeni, cum victor Lacedaemoniorum reverteretur, *ταινίας αἱ γυναῖκες* (ita refert Pausanias L. IV. c. XVI, 4.) *καὶ τὰ ὡραῖα ἐπιβάλλουσαι τῶν ἀνθέων, ἐπέλεγον ᾆσμα τὸ καὶ ἐς ἡμᾶς ᾀδόμενον·*

Ἔς τε μέσον πεδίον Στενυκλήριον ἔς τ' ὄρος ἄκρον
εἶπετ' Ἀριστομένης τοῖς Λακεδαιμονίοις.

ubi nemo non carminis amplioris particulam, quae reliquis oblivione absumtis, in ore vulgi ad Pausaniae tempora propagata fuit, agnoscet. Statuendum igitur, ut Lacedaemonios, ita etiam Messenios carmina habuisse apud ipsos nata, rhythmorum, dialecti et argumenti ratione reliquis congrua, quae eius belli facinora et heroes celebrarent." —

Tyrtaei carmina, dum Spartae recitabantur vel canebantur, quanquam nescio an nunquam litteris fuerint consignata, tamen vix ulla in re vel ne vix quidem mutata esse videntur, propterea quod Lacones, sicut in omnibus vitae rationibus, ita etiam in poetarum carminibus et colendis et fovendis quam accuratissime ac diligentissime versati, nec quidquam temere negligenterque moliti sunt. Quod licet per se luce clarius patescat, accedit insuper testimonium, quo Lacedaemonii seriori etiam tempore poemata antiqua eximio studio prosequuti

esse dicuntur. Athenaeus enim XIV, 33. p. 632. F. *Διετήρησαν δέ*, inquit, *μάλιστα τῶν Ἑλλήνων Λακεδαιμόνιοι τὴν μουσικὴν, πλείστῃ αὐτῇ χρώμενοι· καὶ συχνοὶ παρ' αὐτοῖς ἐγένοντο μελῶν ποιηταί. τηροῦσι δὲ καὶ νῦν τὰς ἀρχαίας ᾠδὰς ἐμμελῶς, πολυμαθεῖς τε εἰς ταύτας εἰσὶ καὶ ἀκριβεῖς.* Sed ut aliorum, ita etiam Tyrtaei carmina e Laconia in alias Graeciae regiones translata variis mutationibus fuerunt obnoxia. Sic illa Solonis vel Pisistratidarum aetate Athenas pervenisse ibique a rhapsodis decantata et litteris esse mandata, quamvis certa testimonia desint, tamen verisimillimum est, praesertim quum iam Platonem accuratam eorum notitiam habuisse ex iisque versus laudare constet. Rhapsodos etiam non solum epica, sed elegiaca quoque carmina cecinisse auctor est Chamaeleon apud Athenaeum XIV, 12. p. 620. C. qui *ῥαψῳδοὺς — μελῳδηθῆναί φησιν οὐ μόνον τὰ Ὁμήρου, ἀλλὰ καὶ τὰ Ἡσιόδου καὶ Ἀρχιλόχου, ἔτι δὲ Μιμνέρμου καὶ Φωκυλίδου.* Ita forsitan etiam Tyrtaei poemata per aliquod tempus apud Athenienses rhapsodorum operam experta sunt.

Neque Athenas tantummodo, sed in Cretam quoque insulam Tyrtaei carmina transvecta esse discere licet ex Platonis Legum libro I. p. 629. B. ubi hospes Atheniensis: *Ταῦτα γὰρ*, inquit, *ἀκήκοάς που καὶ σὺ* (alloquitur autem Cliniam Cretensem) *τὰ [Τυρταίου] ποιήματα. ὅδε μὲν γὰρ* (demonstrat nempe Megillum Lacedaemonium), *οἶμαι, διακορὴς αὐτῶν ἐστίν.* Respondet primum Megillus: *Πάνυ μὲν οὖν.* Deinde Clinias: *Καὶ μὴν*, inquit, *καὶ παρ' ἡμᾶς ἐλήλυθε κομισθέντα ἐκ Λακεδαίμονος.* Megillus igitur significat se Spartae ad fastidium usque audisse Tyrtaei carmina, Clinias eadem inde ad suos cives pervenisse contendit. In hunc modum, non aliter interpretandum esse Platonis locum ratio ipsa docet. Nihilominus Io. Val. Franckius in prooemio ad Tyrtaeum p. 140. sq. Platonis locum misere laceravit eiusque sententiam in suam rem mirabi-

liter flexit ac detorsit; sed acutissime in illius audaciam animadvertit Augustus Matthiae programmate, quod primum Altenburgi a. 1820. prodiit, denique repetitum est Lipsiae a. 1823. in Gaisfordii Poetarum Graecorum minorum Volumine III. p. 228. sqq. in cuius quum nobis pedibus eundum sit sententiam, ipsum audiamus refellentem. In editionibus, inquit, legitur: ὃς μὴ τὸν πόλεμον ἄριστος γίγνοιτ' ἀεί. ταῦτα γὰρ ἀκηκ. Sed Franckius ἀεί in sequentem sententiam transtulit, ut sensum, quem vellet, efficeret: *credibile est te perinde atque hunc Lacedaemonium Megillum satiatum esse Tyrtaei carminibus audiendis.* Hoc est subornare testes, ut, quod tuae rationes ferant, respondeant. Non haereo in γάρ post secundam vocem posita: cuius rei quae exempla reperiuntur, illud tantum demonstrant, locos, ubi γάρ ita posita legatur, non statim sine libris mutandos esse, de coniectura particulam ibi ponere licere, ubi raro posita reperiatur, non demonstrant. Sed quis non videt, quod de Megillo dicat Atheniensis, gravius esse debere eo, quod Cliniae dixerit? si de utroque idem valeret, haud dubie dixisset: ἀεὶ γὰρ σύ τε ἀκήκοας ταῦτα τὰ ποιήματα, καὶ ὅδε διακορὴς αὐτῶν ἐστίν. Et quis, quum dicere vellet, *ad satietatem usque illa carmina audivisti*, dicere malit, *semper ea carmina audivisti?* ἀεί vero verbis Tyrtaei addidit Plato, ut exprimeret, quod antea dixerat, σπουδάζειν περὶ τὰ πολεμικά, περὶ τὴν ἀρετήν. Sed haec levia; illud gravius, quod statim sequitur. Nam post interpretationem loci Platonici huc transcriptam pergit: „*Quod* (Cliniam satiatum esse Tyrtaei carminibus audiendis) *equidem non video qui potuisset coniicere, nisi ab Atheniensibus, popularibus suis, ad omnes Graecos fecisset conclusionem.*“ Nonne ex eo hoc coniicere poterat, quod Cretensium instituta simillima erant Lacedaemoniis, idem fere utriusque populi ingenium, iidem mores, frequentia etiam commercia intercedebant? Et ipse Clinias respondet: καὶ μὴν

καὶ παρ' ἡμᾶς ἐλήλυθε κομισθέντα ἐκ Λακεδαίμονος. Sed haec ipsa verba operae pretium est videre, quam callide ad id, quod probandum suscepit, deflectat Franckius. „Hic vero, inquit, aperte loquitur de rhapsodis, a quibus carmina sint in Cretam etiam transportata. — Sed eodem Cliniae responso illud etiam confirmatur, carmina ista ab Atticis quoque rhapsodis esse identidem decantata. Cave enim haec verba tali modo accipias: *Nec sane apud Lacedaemonios manserunt carmina, sed inde ad nos etiam sunt translata.* — Immo hoc dicit Clinias: *Recte coniicis me non minus, quam hunc Lacedaemonium, ad fastidium usque audisse carmina; neque profecto ad vos Athenienses, sed etiam ad nos perlata, a rhapsodis tam in Creta, quam Athenis, identidem decantantur.*“ O admirabilem sagacitatem hominis, qui in illo loco ea invenerit, quae ne Oedipus quidem ex eo exsculpere potuisset! Primum corrigitur locus Platonis, ut ex eo probari possit Cretenses etiam ad fastidium usque obtusos esse Tyrtaei carminibus audiendis; deinde assumitur Atheniensem hoc de Cretensibus dicere non potuisse, nisi de popularibus suis coniecturam fecisset, itaque Atheniensium etiam aures obtusas esse illis carminibus. Et sic subito prodeunt rhapsodi recitandis carminibus Atheniensium aures obtundentes. — Haec hactenus, et satis quidem superque de inepta insulsaque Franckii interpretatione.

Quanquam satis probabile videtur Tyrtaei quoque carmina Athenas aliasque Graeciae civitates delata rhapsodorum operam esse experta ab iisque in novam quandam formam redacta; hoc tamen minime pro explorato haberi licet, et ita quidem ut quis, mera Franckii coniectura innisus, omnem Tyrtaei elegiarum complexionem, qualis ab antiquitate tradita superest, plane confundere ac perturbare possit. Itaque concedamus etiam Thierschio p. 641. sq. rhapsodos carmina Tyrtaei, quae Spartae recitari audissent, excepisse eorumque no-

titiam per Graeciam sparsisse. „Horum autem in manibus, inquit, seu potius in ore longe diversa eorum conditio fieri debuit, quam inter iuvenes Spartanos fuerat. Rhapsodis enim curae erat, ut, quae populo recitarent, sese exciperent, et uno ordine continuarentur. Hi igitur, quod in Hesiodo fecerant, sibi etiam in Tyrtaeo permiserunt, ut ex artis, quam exercerent, natura et praeceptis, *ῥαπτῶν ἐπέων τὰ πόλλ' ἀοιδοί*, disiuncta consociarent, et ex pluribus, quae seorsim fuerant circumlata, carminibus unum efficerent et non interruptum carminum tenorem.“ Haec omnia bene fieri potuisse nemo negabit; sintne autem facta re vera, quis est qui hodie ad liquidum perducat? Neque vero, si tota res vere esset ad liquidum perducta, hinc nequaquam sequeretur posse aliquem paucas illas Tyrtaei reliquias in pristinam ac germanam formam redigere. Hinc factum est etiam, ut in diversa transiret uterque Criticus, qui tale periculum susciperet.

Franckius enim ex duabus prioribus elegiis bellicis unam conflavit, et eos versus, qui suae rei parum faverent, pro rhapsodorum interpolationibus iudicatos prorsus exterminavit, utpote Tyrtaeo indignos. Thierschius autem trium carminum elegiacorum eclogas a Lycurgo et Stobaeo servatas in decem particulas breviores, certis quibusdam prooemiis et clausulis instructas, dissipavit, in quibus, si singula seorsim spectantur, nihil iam apparere censet, quod impeditum, quod superfluum sit, nihil, quod diffusum et velut ad initia sua recurrens. „Contra (ita pergit Thierschius ipse p. 640.) in omnibus sententiosa illa brevitas conspicitur, quam Spartani inprimis amabant, et quae ad animos acuendos egregrie valet. Non dubium, quin ea carmina separata suisque prooemiis et epilogis distincta tam diu fuerint, quam Spartae exstiterunt. Quomodo enim tibi fingas informem illam versuum molem et veluti congeriem, cuius partes satis amplas Lycurgus et Stobaeus habent, hominibus

placere potuisse Spartanis, id est, populo, qui omnium maxime ordinem, concinnitatem et brevitatem amaret, modum vero excedentia rescinderet et abiiceret.“ Talia multo facilius possunt proponi, quam argumentis comprobari. Diversam, dum apud solos Spartanos fuerint, Tyrtaei poematum fuisse formam verisimile videtur; sed ipsam illam formam, ab antiquitate relictam, hodie in integrum restituere non minoris est audaciae, quam si quis Homeri Iliadem atque Odysseam ita velit dilacerare, veluti olim ante rhapsodorum ὑποβολὴν ex uberrimo limpidissimoque antiquissimorum cantorum fonte fluxisse videantur: id quod nunquam sibi indulsit F. A. Wolfius in Iliadis et Odysseae editionibus, quem tamen veram ac genuinam carminum Homericorum rationem atque indolem omnium primum et acutissime perspexisse constat. Itaque circumspectius nobis videbatur in Tyrtaei elegiis edendis eam distichorum seriem retinere, quam a scriptoribus antiquis acceptam esse reperimus. Neque vero tam informem esse illam versuum molem, quam Thierschius animo sibi informavit, accurata argumenti descriptio demonstrabit. Accedit etiam, quod haec carmina, ab ipso poeta ex tempore potius plerumque, quam longa meditatione intercedente, quoties occasio aut animus tulerit, coram populo recitata, multa in se habere necesse est, quae mentem logicis legibus paullo astrictiorem passim offendant.[22]) Sed poeta divino quodam numine afflatus non respicit aures pedestres.

Jam, ut eo redeamus, unde paullulum deflexit oratio, Valentinus Franckius, ut integram elegiam suisque

---

22) In hanc rem bene animadvertit Matthiaeus p. 232. „Quum enim ipsi in scribendo id maxime spectemus, ut notionum ipsarum cognatio servetur, nec quidquam ponatur, quod non cum rerum antea memoratarum vi ac natura apte congruat, factum est, ut critici etiam in veterum poetarum, imprimis elegiacorum (nam lyricos furore quodam abripi dicebant) car-

rationibus convenientem efficeret, non solum diversa coniunxit, propinqua dissociavit et versus quosdam, ab ipso Platone ad Tyrtaeum relatos, audacter rhapsodorum ingenio vindicavit, sed etiam distichum quoddam (fragm. 1, 1. 2.) e Strabone arcessendum esse opinatur, quod Strabo ipse profitetur ex Eunomia, non ex bellicis elegiis sive hypothecis, esse depromptum. Habes igitur arrogantis temeritatis exemplum, quo tanquam infausto omine *διασκεύασιν* suam exorsus est Franckius, unde si concluditur ad reliqua, totius dispositionis et traiectionis ruinam prospicere licet.

Sed videamus, quid praeterea. „Proxima pars, inquit, fragmenti secundo hucusque collectionis loco posita exstat apud Stobaeum Serm. XLVIII, ubi sic pergit Tyrtaeus:

ἀλλ', Ἡρακλῆος γὰρ ἀνικήτου γένος ἐστέ,
θαρσεῖτ', οὔπω Ζεὺς αὐχένα λοξὸν ἔχει.

Qua re quum nihil esse evidentius possit, statim ad reliqua transeo." — Contra audiamus Matthiaeum: „Quid hoc est? Illudimur ab homine astuto. Quid enim illo minus esse evidens potest, quod nullis argumentis comprobatum est? An, si in poetae alicuius carmine Hercules commemoratur, eiusdemque poetae aliud fragmentum Heraclidarum mentionem facit, statim evidens est, hoc fragmentum illius carminis partem esse? Sed ne apte quidem hoc distichum cum superiore cohaeret: *ἀλλά* enim quamvis in cohortationibus usurpatur, locum tamen non habet, nisi praecesserit aliquid, cuius contrarium adhortatio illa contineat, ut, si quis ob gravem animi dolorem a cibo ac potu abstineat, tuque non recte eum abstinere monueris, recte pergas, *ἀλλ' ἔσθιε καὶ πῖνε,*

---

minibus logicum istum rerum ordinem, partium descriptionem ac dispositionem requirerent; quem quum non invenirent, vel intercidisse quaedam querebantur, vel traiectionibus versuum luxata scilicet sanabant."

inepte feceris, si a laudibus voluptatum coenae ad illam cohortationem eadem formula transieris. Hic vero praecedunt, quae imprimis ad animum confirmandum valent: *αὐτὸς γὰρ Κρονίων κ. τ. λ.* Neque vero necesse puto, statuere aliquot versus ante verba *ἀλλ' Ἡρακλῆος γὰρ* intercidisse: ipse enim Spartanorum in omnium rerum desperatione sibi diffidentium adspectus potuit poetam in mediam rem rapere, ut omissis iis, quae omnes et videbant et sciebant, ab adhortatione, deiectioni illi animi opposita, inciperet." — Deinde singulas partes primae et secundae elegiae Franckius ita traiecit, ut longum esset vestigia eius accuratius persequi. Locos autem, quos Franckius obelo distinxit, in annotationibus quam diligentissime examinavimus.

Iam vero Tyrtaei duas priores elegias, quas Franckius in unam consarcinavit, ut loco, sic argumento etiam a se distare sagaciter ostendit Matthiaeus, et alteram quidem ea continere, quae in quovis proelio ad animos militum confirmandos valere potuerint, priorem certum aliquod tempus, certam rerum et hominum conditionem respicere: „Qua enim, inquit, alia de causa poeta statim ab initio exsilii mala enumerare, liberorum v. 13. et senum v. 19 sqq., pugnantes commonefacere censebitur, nisi quia periculum erat, ne victi e patria pellerentur, liberi et senes vel in servitutem abstraherentur vel trucidarentur. Itaque prior elegia eo tempore recitata esse videtur, quum Messenii ipsi Laconicae imminerent, ut Spartani timentes, ne illi Aristomene duce ipsos sedibus suis eiicerent, de salute consulerent oraculum:" — immo tunc temporis, quum Tyrtaeus Spartanorum afflictorum consiliarius miseriarumque adiutor extiterat. Alteram vero elegiam Matthiaeus non initio belli, sed quum illud iam aliquantum temporis ancipiti eventu gestum esset, compositam esse colligit e v. 7 — 10. Neque enim se videre ait, qui alii dici possint inter fugientes et persequentes fuisse et utramque sortem

ad satietatem experti esse, nisi ii, qui iam per aliquod tempus dubio eventu pugnaverint.

Tertia elegia extat apud eundem Stobaeum Florileg. tit. LI. distributa inter num. 1. et 5, paucis Euripidis versibus interpositis. Sed iam priores editores haec fragmenta in unam elegiam conglutinaverunt; quod tamen quibus rationibus fecerint, nusquam expositum esse videmus. Iam primum utrumque fragmentum ita apte secum cohaeret, ut dissolvi non posse videatur, nec quisquam sententiarum connexum ac tenorem desiderabit, neque omnino aequabilem exhortationum progressum uspiam impeditum esse sibi persuadebit. Nimirum totius elegiae finis eo redit, ut affirmet poeta omnia bona cum virtute comparata nihili omnino esse aestimanda: quicunque enim pro patria pugnans mortem obierit, non solum ipse sibi laudem atque gloriam pariet immortalem, sed una civitatem, qua natus est, parentes atque populum suum illustrat; qui autem integer ex bello domum redierit, eum omnes maxima veneratione atque intimo amore prosequentur. Atque totius argumenti summam in ultimo disticho complectens, poeta huius quoque elegiae sententias quasi in orbem redegit finibusque suis circumscripsit. Sed accedunt insuper rationes externae, quibus id, quod primum argumentis internis declarare conati sumus, penitus comprobari posse videatur. Etenim in Theognidis farraginem v. 1003. sqq., in quam complurium poetarum elegiacorum disticha constipata esse constat,[22]) assumptum est etiam distichorum par, quorum altero concluditur prius fragmentum (versu 14.) a Stobaeo servatum, altero autem incipitur posterius fragmentum, ita ut paucis mutatum hocce prodierit tetrastichium:

---

22) Tyrtaei, Mimnermi, Solonis, Eueni et fortasse aliorum. V. Welcker. ad Theognid. p. CX. Bach. ad Mimnermi Rell. p. 33. 38. ad Solon. p. 19 sq. Idem in Ephemeridibus Halens. a. 1828. nr. 290. p. 646. sq.

Ἡ δ' ἀρετή, τόδ' ἄεθλον ἐν ἀνθρώποισιν ἄριστον
κάλλιστόν τε φέρειν γίγνεται ἀνδρὶ σοφῷ.
ξυνὸν δ' ἐσθλὸν τοῦτο πόληΐ τε παντί τε δήμῳ,
ὅςτις ἀνὴρ διαβὰς ἐν προμάχοισι μένῃ.

Hinc sequitur eum, qui hodiernam Theognidis syllogen fecit, utrumque distichum secum coniunctum nescio quo loco repperisse. Iam autem si utrumque distichum olim eiusdem carminis fuisse patet, etiam utrumque Tyrtaei fragmentum, unde deprompum est illud tetrastichium, in unam elegiam redigendum esse convincitur.

Fridericus Thierschius in Specimine editionis Symposii Platonici (Gottingae 1808) hancce proposuerat thesem: „Tyrtaei carmina, Platonis Theages, Euripidis Supplices non his auctoribus sunt tribuendi." Quam quidem de Tyrtaei carminibus sententiam accuratius explicuit et tractavit in dissertatione supra laudata. Et primum quidem provocat Eunomiae distichum (fragm. I.) cuius argumentum his verbis expressit: *Nos simul cum Heraclidis Iovis auguria sequutis in Peloponnesum descendimus.* Haec autem putat inter Spartanos dici non posse a poeta peregrino, sive Atticus sive Milesius ille fuerit, sed dici tantum posse a poeta indigena, cuius genus ab illis Doriensibus, Heraclidarum sociis, derivaretur. Talia autem bene dicere potuit poeta, quem supra Spartanorum civem factum esse demonstravimus; sed audi Thierschium p. 600.: „Nec quidquam, inquit, efficias, si Tyrtaeum in civitatem Spartanorum receptum esse statuas. Nam ne civis quidem factus proavos suos, utpote peregrinos, cum Doriensibus fundere et Heraclidis socios addere potuisset. Haec si vera sunt, omnis illa de Tyrtaeo narratio cadit, et carmina, quae Tyrtaeo tribuuntur, non Spartae solum, sed etiam Spartanorum ingenio nata esse evictum est." — Ingens sane conclusio, cui tamen, ut vera prodiret, ingentia praemittenda erant argumenta, quae aegre desiderantur. Ac ne illud quidem verum est, quod Thierschius negavit Tyrtaeum

Dorienses suos quoque proavos dicere potuisse, id quod non solum potuit, sed etiam debuit inde ab eo tempore quo ipse Spartanorum civis factus erat. Accedit etiam, quod Tyrtaeum non suo potius, quam civium suorum nomine res a maioribus gestas enarrantem ponamus necesse est. Sed fac etiam interpretationem a nobis propositam fallacem esse iudicandam, nonne aliud patet effugium idque multo tutius, quam quod Thierschius arripuit, ita quidem, ut Tyrtaeum, Aphidnis in Laconia sitis oriundum, indigenam fuisse sumamus. Deinde Thierschius alteram Eunomiae excitat locum, ubi poeta Theopompum Spartanorum celebrat regem eumque designat *ἡμέτερον βασιλῆα, nostrum regem*, eadem ratione accipiendum, qua modo Dorienses Tyrtaei proavos illustravimus, ab illo tamen ita in suam rem conversum, ut contendat, etiamsi sumas Spartanos Tyrtaeum post adventum in ipso bello civitate donasse, nullo tamen modo Messenae captae gloriam ad maiores suos referre potuisse. Quid multa? Tyrtaeus, Spartanorum civis factus, inde ab hoc temporis momento eosdem iam habuit maiores, quos etiam cives sui, atque in carminibus publice recitandis eorum, quorum stirpe ipse erat profectus, proavorum memoriam penitus oblitterare debuit.

Sed alia quoque argumenta in promptu sunt Thierschio, ea tamen identidem omni iusto fundamento destituta. Et primum quidem, si uno tempore nata essent Tyrtaei carmina, mirum hoc esse censet, quod non ad bellum, cui composita essent, respicerent et ne levissimum quidem hostium, contra quos tunc temporis depugnaretur, indicium continerent. Fieri enim, inquit, non potest, quin flagrante bello et instantibus periculis in carminibus coaevis et in medio veluti armorum tumultu natis, hostium, regionum, pugnarum insignium vel casuum vel facinorum aliqua saltem indicatio emineat, utcunque levem eam et velut sponte natam tibi fingere velis. Horum autem nihil haec carmina ostendunt,

contra omnia, ex quibus aut hortamenta virtutis petuntur, aut ab ignavia deterretur, omnibus et temporibus et bellis accommodari possunt, hostes autem, de quibus loquitur poeta, eodem modo Tegeatas, Argivos, Persas, alios tibi fingere possis ac Messenios, finitimos atque consanguineos. — Huic argumentationi primum licet responderi multa, ut supra expositum est, in Tyrtaei elegiis inesse, praecipue in prima, quae ad poetae, Laconum et Messeniorum rationes luculenter respiciant; deinde in fragmentis, a Thierschio et in hac quoque editione ad Eunomiam quidem at sine certo scriptorum veterum testimonio relatis, accuratissimam prioris belli cum Messeniis gesti mentionem fieri, ita ut hoc etiam argumentum fragile atque lubricum esse appareat. Accedit denique, quod Lycurgus et Stobaeus eas potius elegias delegisse putandi sunt, quae omnino virtutis exhortamenta complectantur, quam eas, in quibus accuratior extiterit descriptio temporum, hostium, regionum ceterarumque rerum maxime insignium, quod in brevioribus quibusdam fragmentis factum esse patet. Corruit igitur conclusio haecce: quia Tyrtaei quae feruntur Hypothecae nullius certi belli, hostis, temporis indicium contineant, non certo alicui bello neque contra hostes certos scriptas esse; neque igitur Tyrtaei esse posse, cuius omnis adversus Messenios bello eorum cum Lacedaemoniis secundo opera constiterit, sed eo consilio debere esse compositas, ut omnibus omnium temporum bellis atque periculis aptae essent. —

Huic subiunxit alterum argumentum, quod in eo potissimum versatur, ut docere studeat, si per longam aut unius carminis aut plurium carminum seriem idem argumentum repeti in eoque tractando easdem sententias aut magna ex parte iterari videas, idemque tertio et quarto fieri, modo verbis variatis, modo iisdem distichis adhibitis, certum esse et exploratum. Sicut igitur eodem argumento abusus est Franckius, ut multa Tyrtaei

disticha in rhapsodorum officinam vel pistrinam detruderet, ita Thierschius diversos sibi finxit poetas, quibus exigua unius vatis fragmenta assignaret. Nemo autem, qui horum carminum originem atque finem accuratius perpenderit, neque subtiliori logico quem dicunt examini subiecerit, in iis deprehendet sententias otiosas, frigidas, ieiunas atque inanes, immo omnia flagrantissimi vigoris et candidissimae prudentiae esse plena.

Denique horum carminum auctores in ipsis illis Spartanis, qui in iis decantandis laborassent, investigandos esse Thierschius (p. 644.) arbitratur. Hoc idem fere significat, ac si quis hodie Gleimii, Theodori Kőrneri, Stegemanni aliorumque carmina bellicosa a militibus profecta esse dicat, qui duce Friderico magno aut contra Napoleontis exercitum castra moverunt. Neque Thierschium difficultas coniecturae effugisse videtur, quippe qui in extrema commentatione ipse quaerat, quid Tyrtaei nomini fiat, diuturno remotae antiquitatis cultu veluti sancito, cuius gloria iam Platoni de Legibus lib. I. p. 629 B. et si Plutarcho fides in Vitae Cleomenis init. p. 805. B. Leonidae regi quoque celebrata fuerit. Respondet ipse Tyrtaei nomen, diuturna saeculorum reverentia cultum, esse mansurum, ut Hesiodi, Homeri, Orphei, quanquam nec quae de eo referantur certa sint, nec quae fecisse perhibeatur recte ei tribuantur. Sed Tyrtaei nomen, utpote tempori iam historico assignandum, non licet confundere vel comparare cum Hesiodo, Homero, Orpheo similibusque, quorum nomina vel in collectivis sunt numeranda vel ad remotissimam saltem atque mythicam Graecae antiquitatis memoriam referenda.

Hactenus mihi videor de Tyrtaei carminibus elegiacis quid sentirem potuisse dicere; si qua praeterea sint accuratius indaganda, iis quidem eo magis supersedere mihi liceat, quo copiosius virorum doctorum opiniones examinare et partim comprobare partim refutare conatus sum. Progrediamur ideo ad Tyrtaei ἐμβατήρια

μέλη, anapaestico metro composita, quae quidem haud raro cum poematis elegiacis confusa singulares errores procreaverunt.[24]) Iam vero haec carmina anapaestica *ἐμβατήρια* sunt nuncupata, qui ab omni Spartanorum exercitu in aciem incedente canebantur, ut numerosum in armis facerent motum. Praeterea, quoniam a militibus armatis cantabantur, appellata sunt etiam *ἐνόπλια*, Athenaeo referente: *Πολεμικοὶ δ' εἰσὶν οἱ Λάκωνες, ὧν καὶ οἱ υἱοὶ τὰ ἐ μ β α τ ή ρ ι α μ έ λ η ἀναλαμβάνουσιν, ὅπερ καὶ ἐ ν ό π λ ι α καλεῖται. καὶ αὐτοὶ δ' οἱ Λάκωνες ἐν τοῖς πολέμοις τὰ Τυρταίου ποιήματα ἀπομνημονεύοντες ἔῤῥυθμον κίνεσιν ποιοῦνται.*[25]) Haec autem *ἔῤῥυθμος κίνησις* facta est tibiis accinentibus, quibus vocis modulationem adiuvasse videntur, Plutarcho *ἐμβατηρίους ῥυθμοὺς* memorante, *οἷς ἐχρῶντο πρὸς τὸν αὐλὸν ἐπάγοντες τοῖς πολεμίοις.*[26]) Iam vero hos *ἐμβατηρίους ῥυθμοὺς* anapaestico metro fuisse inclusos apparet ex testimonio Ciceronis Tusc. II, 16. respicientis *ad militiam Spartiatarum, quorum procedit mora ad tibiam, nec adhibetur ulla sine anapaestis pedibus adhortatio.*

Ex veterum scriptorum locis, quos passim laudavimus, manifestum est Spartanos etiam post Tyrtaei aetatem in pugnam properantes *ἐμβατήρια μέλη* decantasse. Sic Thucydides V, 69. *Λακεδαιμόνιοι δὲ*, inquit, *καθ' ἑκάστους τε καὶ μετὰ τῶν πολεμικῶν νόμων ἐν σφίσιν αὐτοῖς, ὧν ἠπίσταντο τὴν παρακέλευσιν τῆς μνήμης ἀγα-*

---

24) Vide Klotzii dissertationem de Tyrtaeo p. 160 sqq. Böttiger in Wielandii Museo Attico I. p. 336. Quem refutavit Manso in Sparta Vol. I. P. 2. p. 171. Franck. Callin. p. 131. sq.

25) Athen. XIV. p. 630. F. Müllerus Dor. II. p. 334. insuper laudat vocabulum *ἐπιβατήριον*, quod tamen quo loco eandem significationem habeat atque *ἐμβατήριον* non indicavit.

26) Plutarch. Lycurg. c. 21. Id. institut. Lac. c. 16. *Καὶ οἱ ἐμβατήριοι δὲ ῥυθμοὶ παρορμητικοὶ πρὸς ἀνδρείαν καὶ θαῤῥαλεότητα καὶ ὑπερφρόνησιν θανάτου, οἷς ἐχρῶντο ἔν τε χοροῖς καὶ πρὸς αὐλὸν ἐπάγοντες τοῖς πολεμίοις.* Thucyd. V, 70. *Λακεδαιμόνιοι δὲ βραδέως καὶ ὑπὸ αὐλητῶν πολλῶν νόμῳ ἐγκαθεστώτων [χωροῦντες].* Cf. Valer. Max. II, 6. Mulleri Dor. II. p. 334. not. 2.

θοῖς οὖσιν ἐποιοῦντο· ubi Scholiasta: *νόμους πολεμικοὺς λέγει τὰ ᾄσματα, ἅπερ ᾖδον οἱ Λακεδαιμόνιοι μέλλοντες μάχεσθαι· ἦν δὲ προτρεπτικά· ἐκάλουν δὲ ἐμβατήρια.* Sed eadem carmina iam ante Tyrtaeum a Lacedaemoniis fuisse usurpata docet eorum appellatio *Καστόρειον*, quippe quae ad Tyndaridas, perpetuos Spartanorum duces, referenda sit.[27]) Attamen Tyrtaei *ἐμβατήρια* posteriore quidem aetate omnium maxime celebrata esse videntur, ita ut eorum metrum *κατ' ἐξοχὴν Messeniacum* diceretur,[28]) id est, ut recte acceperunt Manso atque Franckius, in bello Messeniaco a Lacedaemoniis usurpatum.[29])

Iam fragmentum *τῶν Λακωνικῶν ἐμβατηρίων* servavit Dio Chrysostomus T. I. p. 92, ipse autem non laudat illius auctorem, sed Scholiasta monet haec *παρακλητικὰ* esse *ἐκ τῶν Τυρταίου*, quocum consentit Ioannes Tzetza Chil. I, 26, 692 sqq.

Τυρταῖος Λάκων στρατηγὸς καὶ ποιητὴς ὑπῆρχεν,
προτρεπτικὰ πρὸς πόλεμον γράψας ᾀσμάτων μέλη,
ἅπερ, ᾖδον οἱ Λάκωνες ἐν συμβολαῖς πολέμων,
πυῤῥίχιον ὀρχούμενοι τοῖς νόμοις τοῦ Λυκούργου,
ὡς Δίων ὁ Χρυσόστομος οὕτω που γράφει λέγων·
„Ἄγετ', ὦ Σπάρτας εὐάνδρου κοῦροι πατέρων,
λαιᾷ μὲν ἴτυν προβάλλεσθε, δόρυ δ' εὐτόλμως βάλλοντες,
μὴ φείδεσθε ζωᾶς· οὐ γὰρ πάτριον τᾷ Σπάρτᾳ.

Quanquam per se intelligitur non omnia Tyrtaei *μέλη ἐμβατήρια* uno eodemque anapaestico metro fuisse

---

27) V. Mülleri Dor. II. p. 335 sq. cf. Boeckh. de Metris Pindari p. 276. Dissenii Commentar. in Pindar. Pyth. II, 69. p. 193. ed. Goth.

28) Mar. Victorin. Art. Gramm. lib. II. p. 2522. ed. Putsch. „Cuius mensurae est hoc quoque metrum, quod *Messeniacum* appellatur, et est, ut supra, Trimetrum catalecticum in syllaba: verum eo distat, quod anapaestis praecedentibus et spondeis sequentibus habet factas coniugationes et postremam syllabam brevem. Idem et *embaterion* dicitur, quod est proprium carmen Lacedaemoniorum. Id in praeliis ad incentivum virium per tibias canunt, incedentes ad pedem, ante ipsum pugnae initium."

29) Mansonis Sparta Vol. I. P. 2. p. 169. Franck. Callin. p. 133.

composita, tamen insuper accedit Marii Victorini testimonium, quem paullo ante memorantem vidimus trimetrum anapaesticum catalecticum in syllabam. Iam Hephaestio Enchirid. p. 46. speciminis gratia laudat versum anapaesticum tetrametrum catalecticum in syllabam, qui fortasse Tyrtaeo assignari possit. Quum enim magna inter hunc versum et alterum illud fragmentum paroemiacum (quod identidem a Dione non tribuitur Tyrtaeo, sed simpliciter tantum ad *Λακωνικὰ ἐμβατήρια* refertur) intercedat similitudo, probabile saltem esse videtur hunc quoque versum incerti poetae a Tyrtaeo olim Lacedaemoniis fuisse relictum. Sed certi et explorati super hac re statuere licet nihil.

Iam vero sicut Tyrtaeo reddere connisi sumus versum, qui fortasse re vera ei reddendus est, ita eundem poetam Thierschius (p. 647) priori etiam fragmento privare studuit. Et recte quidem statuit non omnia ista *μέλη πολεμιστήρια* talibus anapaestis, quales exhibeat fragmentum modo laudatum, fuisse composita. „Quis enim, inquit, idem metrum lyricum ferat per quinque libros continuatum, inprimis fracta illa specie, quam paroemiaci prae se ferunt? Non igitur dubium, quin quinque illa carminum lyricorum volumina diversis metrorum generibus constiterint.“ Concedimus diversitatem metri anapaestici, negamus diversa metrorum genera in universum, propterea quod nusquam memoriae proditum est carmina *ἐμβατήρια* sive *ἐνόπλια* alio atque anapaestico metro fuisse composita. Neque, ut supra iam ostendimus, satis liquet, utrum quinque illis libris a Suida commemoratis sola *μέλη πολεμιστήρια*, an omnia Tyrtaei poemata fuerint distributa. Itaque Thierschio nec possumus largiri istam ipsam metrorum varietatem ac novitatem (quae an forte tunc temporis iam fuerit vetustas licet dubitare) monstrare non illi aevo, quo Tyrtaeus vixerit, posse haec carmina assignari, quod vix Archilochi *ἐπῳδοὺς* et carminum lyricorum primordia vidisset. Atqui illos reapse iam viderat, et iuxta illos

alia quoque carminum genera aspicere potuit. Neque in metro anapaestico, quippe quod exhibeat pedes dactylicos inversos, tanta est artis varietas, quantam nimiam esse credideris toto fere saeculo post Olympiadum initia, quo quidem tempore metrum dactylicum atque iambicum iam pridem ad summum perfectionis fastigium pervenerat.

Praeter carmina elegiaca et anapaestica, armatorum incessui imprimis accommodata, Tyrtaeum, quem omnino iuvenibus rite instituendis insignem operam dedisse constat, triplicem chorum in rem publicam Lacedaemoniorum induxisse auctor est Pollux Onomast. IV, 107. *Τριχορίαν δὲ Τυρταῖος ἔστησε, τρεῖς Λακώνων χορούς, καθ' ἡλικίαν ἑκάστην, παῖδας, ἄνδρας, γέροντας.* Iam vero Plutarchus hanc *τριχορίαν* ad Lycurgum referre perhibetur,[30]) quamvis hoc ipse disertis verbis nusquam expresserit; nimirum in vita Lycurgi omnino de Spartanorum institutis poeticis loquitur, neque separatim Lycurgo auctori tribuit, quae his verbis continentur: *Τριῶν γὰρ χορῶν κατὰ τὰς τρεῖς ἡλικίας συνισταμένων ἐν ταῖς ἑορταῖς, ὁ μὲν τῶν γερόντων ἀρχόμενος ᾖδεν·*

Ἄμμες πόκ' ἦμες ἄλκιμοι νεανίαι.

ὁ δὲ τῶν ἀκμαζόντων ἀμειβόμενος ἔλεγεν·

Ἄμμες δέ γ' εἰμές· αἰ δὲ λῇς, πεῖραν λάβε.

ὁ δὲ τρίτος ὁ τῶν παίδων·

Ἄμμες δέ γ' ἐσσόμεσθα πολλῷ κάῤῥονες.[31])

Sed ponamus etiam triplicem illum chorum a Lycurgo primum institutum esse, id quod fortasse iam antea factum erat, id tamen laudis tribuendum est Tyrtaeo, ut eum *τριχορίαν* praecipue excoluisse et novis carminibus adornasse sumas, nisi forte Pollucem aut eius auctorem commenticiam quandam fabellam finxisse opineris.

---

30) Fabricii Bibl. Graec. T. 1. p. 739. ed. Harles.

31) Plutarch. Lycurg. c. 21. Idem institut. Lac. c. 15. *Περὶ τοῦ ἑαυτὸν ἐπαινεῖν* c. 15. neque Lycurgum neque alium quempiam auctorem nominat. Plutarchum excerpsisse videtur Schol. ad Platonis Leges p. 449. sq. ed. Bekker cf. Mülleri Dor. II. p. 330.

ΤΥΡΤΑΙΟΥ

ΕΛΕΓΕΙΩΝ ΚΑΙ ΑΝΑΠΑΙΣΤΩΝ

ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

ΕΥΝΟΜΙΑΣ.

1.

Strabo VIII, 4, 10.

Καὶ γὰρ εἶναί φησιν ἐκεῖθεν ἐν τῇ ἐλεγείᾳ, ἣν ἐπιγράφουσιν Εὐνομίαν·

Αὐτὸς γὰρ Κρονίων, καλλιστεφάνου πόσις Ἥρης,

Ζεὺς Ἡρακλείδαις τήνδε δέδωκε πόλιν,

οἷσιν ἅμα προλιπόντες Ἐρινεὸν ἠνεμόεντα

εὐρεῖαν Πέλοπος νῆσον ἀφικόμεθα.

Vs. 1. 2. Hoc distichum Franckius p. 145 sqq. temere de sede sua movere conatus, praemisit fragmento 7. quod incipit a verbis: *Ἀλλ' Ἡρακλῆος γὰρ ἀνικήτου γένος ἐστέ κ. τ. λ.* Et profecto, nisi iocari videatur Franckius, ineptus paene atque absurdus habendus sit, quippe qui contra certissimum Strabonis testimonium Tyrtaeum sibi finxerit suo ingenio suisque hariolationibus convenientem. Cf. Mülleri Dor. I. p. 47. Accedit, quod utrumque distichum a Strabone servatum tam arcte secum cohaeret, ut sine vi ac vehementia divelli nequeat, quemadmodum acute demonstravit Matthiaeus diss. I. p. 231. cf. Thierschii diss. p. 596.

V. 1. *Κρονίων*, notatu digna est mensura huius nominis, quippe quae apud Homerum ita comparata sit, ut penultima in nominativo et genitivo produci, in ceteris casibus corripi soleat.

V. 2. *τήνδε πόλιν*, i. e. *Λακεδαίμονα*, quae quidem urbs una cum universa regione ipsam includente in imperium ditionemque Heraclidarum ceciderat, sive regum, qui ab Eurysthene atque Procle stirpem deduxerunt. V. Mülleri Dor. I. p. 47. Thiersch. p. 596. sq.

Selber Kronion fürwahr, der Gemahl der be-
kränzeten Here,
Zeus hat Heracles Geschlecht diesen Bezirk
zugetheilt,
Welchem gesellt wir verliessen Erineos luftige
Höhen
Und in das Inselgefild kamen des Pelops
hinab.

Vs. 3. *οἷσιν ἅμα*, i. e. *Ἡρακλείδαις*, qui quidem utpote Achaei Argis eiecti una cum Doriensibus in Peloponnesum redierunt: qua de re contra Müllerum acutissime disputavit Thierschius p. 598 sqq.

V. 4. *Ἐρινεόν*, unam ex quatuor urbibus Doricis, *Τετράπολιν* conficientibus, ad Oetam montem et Chepissum fluvium positam. Commode igitur, ut Thierschius ait p. 598. pro tota Tetrapoli Dorica Erineus, utpote pars pro toto, potuit commemorari. Strabo IX, 4, 10. *Τοῖς δὲ Λοκροῖς τοῖς μὲν ἑσπερίοις συνεχεῖς εἰσὶν Αἰτωλοὶ, τοῖς δὲ Ἐπικνημιδίοις Αἰνιᾶνες οἱ τὴν Οἴτην ἔχοντες καὶ μέσοι Δωριεῖς. οὗτοι μὲν οὖν εἰσὶν οἱ τὴν Τετράπολιν οἰκήσαντες, ἥν φασιν εἶναι μητρόπολιν τῶν ἁπάντων Δωριέων· πόλεις δ' ἔσχον Ἐρινεὸν, Βοῖον, Πίνδον, Κυτίνεον· ὑπέρκειται δ' ἡ Πίνδος τοῦ Ἐρινεοῦ· παραῤῥεῖ δ' αὐτὴν ὁμώνυμος ποταμὸς, ἐμβάλλων εἰς τὸν Κηφισσὸν οὐ πολὺ τῆς Λιλαίας ἄπωθεν. — ἐντεῦθεν ὁρμηθεῖσι τοῖς Ἡρακλείδαις ὑπῆρξεν ἡ εἰς Πελοπόννησον κάθοδος.* Quae quidem verba extrema aptissime quadrant in Tyrtaei distichum. cf. X, 4, 6. Mülleri Dor. I, p. 36. Thiersch. p. 597 sq. Sic igitur Tyr-

taei locus a Strabone male intellectus ex ipsius Strabonis narrationibus optime explicatur. Hic enim Tyrtaeum ipsum Erineo in Peloponnesum descendisse neque aliam ob caussam, nisi quod Tyrtaeus primam personam pluralis admisit ἀφικόμεθα, ita ut semet quoque ipsum includere videretur eorum numero, qui Erineo in Peloponnesum profecti essent. Hinc interpretes quidam temere concluserunt *Erineum* intelligendum esse Atticae pagum. Iam primum nemo aliunde demonstrabit *Erineum* Atticae, quem ferunt, pagum fuisse, neque intelligitur, quomodo Tyrtaeus una cum Heraclidis ex Attica in Peloponnesum descendere potuerit. Intelligendus est procul dubio notissimus ille Heraclidarum in Peloponnesum descensus, cui neque Tyrtaeus ipse neque eius maiores proprie dicti (siquidem Attici fuerunt) interesse potuerunt. Neque tamen se re vera interfuisse distinctis verbis pronuntiat. Nimirum: *Erineo*, inquit, *amissa una cum Heraclidis pervenimus in Peloponnesum:* i. e. *maiores nostri eo pervenerunt.* Suam vero includit personam, quia civium Spartanorum numero adscriptus erat, veluti etiam fragm. 3. Ἡμετέρῳ βασιλῆι, θεοῖσι φίλῳ Θεοπόμπῳ, quo quidem rege Messenia primum capta erat. Similiter Mimnermus fragm. XII.

Ἡμεῖς δ' αἰπὺ Πύλον Νηλήιον ἄστυ λιπόντες
ἱμερτὴν Ἀσίην νηυσὶν ἀφικόμεθα.

Intelligit autem maiores, qui diu ante Mimnermi aetatem post Heraclidarum recessum ex Peloponneso in Asiam minorem migraverant. V. ad Mimnerm. p. 5. sq. Mülleri Dor. I. p. 47. Atque in hunc modum sagaciter primus interpretatus est Brunckius ad Analecta III. p. 8, qui Strabonem debili argumento hinc concludere iudicans, Tyrtaeum nec Atheniensem fuisse nec Athenis accitum: „Non enim, inquit, suo nomine aut de se loquitur, sed de toto, cui praefectus erat, Lacedaemoniorum exercitu: *nos qui bellum gerimus, omnes cum Herculis posteris in Peloponnesum venimus.* Ipse se Lacedaemoniis accenset et a toto, cuius pars erat, non se diversum facit.“ Et sic corruunt etiam, quae Franckius in hunc

locum commentatus est, *Ἐρινεὸν* littera initiali maiuscula recte quidem scribi apud Strabonem, sed ipsum Tyrtaeum haud dubie *caprificum* intellexisse, imitatum Homer. Il. χ. 145. *οἱ δὲ παρὰ σκοπιὴν καὶ ἐρινεὸν ἠνεμόεντα κ. τ. λ.* Unde statim novam sibi fingit narratiunculam: „Convenerant igitur Tyrtaei comites in Attica ad caprificum quandam, atque inde fuerant in Peloponnesum profecti.“ Nec denique opus esse videtur Hermanni coniectura in Diariis Lips. a. 1821. p. 1379. proposita, qui anachronismum sublaturus coniecit *οἷσιν, ἀποπρολιπόντες κ. τ. λ.* Intelligit enim Tyrtaeus omnes gentes Doricas, qui una cum Heraclidis, illarum ducibus, in Peloponnesum descenderunt. — Haec iam erant scripta, quum legimus ingeniosam Thierschii expositionem p. 602. „Etsi enim concedamus *Πέλοπος νῆσον ἀφικόμεθα* de solo Tyrtaeo intelligi, concedamus etiam, cum Erineo Attico, quidquid id fuerit, profectum esse, licet multiplex de Tyrtaeo fama eius rei nullam mentionem faciat, quid facias Heraclidis, cum quibus se dicit in Peloponnesum venisse? Num tibi fingas, Spartanorum reges cum liberis et tota Heraclidarum prosapia Erineum progressos, ut deducerent poetam claudum et male sanae mentis? Nondum, quantum scio, inventus est, qui tale quid comminisceretur. Sed aliam fabulam non multo saniorem composuerunt. Nam Tyrtaeo, cum Lacedaemoniis dux belli mitteretur, socios et itineris comites creant. Hic edicunt, ut Erineum conveniant. Parent illi imperio. Adsunt ad praedictum diem. Adest et Tyrtaeus et cum his in Peloponnesum descendit. — Nondum tamen recto talo narratio incedit. Nam *οἷσιν ἅμα* cum Heraclidis vel sic cohaeret.“ —

Plutarch. Lycurg. c. 6. *Ὕστερον μέντοι τῶν πολλῶν ἀφαιρέσει καὶ προςθέσει τὰς γνώμας* [*τοῦ Λυκούργου*] *διαστρεφόντων καὶ παραβιαζομένων, Πολύδωρος καὶ Θεόπομπος οἱ βασιλεῖς τάδε τῇ ῥήτρᾳ παρενέγραψαν· Αἱ δὲ σκολιὰν ὁ δᾶμος ἕλοιτο, τοὺς πρεσβυγενέας καὶ ἀρχαγέτας ἀποστατῆρας ἦμεν. τοῦτ' ἔστι μὴ κυροῦν, ἀλλ' ὅλως ἀφίστασθαι καὶ διαλύειν τὸν δῆμον, ὡς*

2.

Φοίβου ἀκούσαντες Πυθωνόθεν οἴκαδ' ἔνεικαν

μαντείας τε θεοῦ καὶ τελέεντ' ἔπεα·

ἐκτρέποντα καὶ μεταποιοῦντα τὴν γνώμην παρὰ τὸ βέλτιστον. ἔπεισαν δὲ καὶ αὐτοὶ τὴν πόλιν, ὡς τοῦ θεοῦ ταῦτα προςτάσσοντος, ὥς που Τυρταῖος ἐπιμέμνηται διὰ τούτων·

Φοίβου ἀκούσαντες Πυθωνόθεν οἴκαδ' ἔνεικαν
μαντείας τε θεοῦ καὶ τελέεντ' ἔπεα,
ἄρχειν μὲν βουλῆς θεοτιμήτους βασιλῆας,
οἷσι μέλει Σπάρτας ἱμερόεσσα πόλις,
πρεσβύτας τε γέροντας, ἔπειτα δὲ δημότας ἄνδρας,
εὐθείαις ῥήτραις ἀνταπαμειβομένους.

Iam eadem haec disticha aliis insuper aucta nuper in lucem prolata sunt ab Angelo Maio in Scriptorum veterum nova collectione Vol. II. p. 3. repetita a Lud. Dindorfio in Diodori Bibliothecae historicae Excerptis Vaticanis, Lipsiae 1828. p. 3. Ὅτι ὁ αὐτὸς Λυκοῦργος ἤνεγκε χρησμὸν ἐκ Δελφῶν περὶ τῆς φιλαργυρίας τὸν ἐν παροιμίας μέρει μνημονευόμενον·

ἁ φιλοχρηματία Σπάρταν ἕλοι, ἄλλο δὲ οὐδέν.
δὴ γὰρ ἀργυρότοξος ἄναξ ἑκάεργος Ἀπόλλων
χρυσοκόμης ἔχρη πίονος ἐξ ἀδύτου,
ἄρχειν μὲν βουλῇ θεοτιμήτους βασιλῆας,
οἷσι μέλει Σπάρτης ἱμερόεσσα πόλις,
πρεσβυγενεῖς δὲ γέροντας, ἔπειτα δὲ δημότας ἄνδρας,
εὐθείην ῥήτρας ἀνταπαμειβομένους,

2.

Als sie den Phöbos vernommen, da brachten von
Python herabwärts
Heim sie des Gottes Bescheid und den geheiligten Spruch;

μυθεῖσθαι δὲ τὰ καλὰ καὶ ἔρδειν πάντα δίκαια,
μηδέτι ἐπιβουλεύειν τῇδε πόλει,
δήμου τε πλήθει νίκην καὶ κάρτος ἕπεσθαι·
Φοῖβος γὰρ περὶ τῶν ὧδ' ἀπέφηνε πόλει.

Primo iam obtutu neminem fugit a Diodori Epitomatore duas narrationes easdemque inter se diversas in unam esse consarcinatas: ipse nimirum Diodorus primum versum Lycurgo oraculum editum fuisse narrasse videtur, cui epitomator temere adiunxit disticha, quae Diodorus haud dubie eodem retulerat, quo etiam Plutarchus. Quanquam idem Plutarchus institut. Lac. c. 41. hunc quoque versiculum non Lycurgo, sed Alcameni et Theopompo regibus oraculum editum fuisse tradit. Quaeritur ideo, quid in hac quoque re peccaverit epitomator. — Neque tamen omnino primum versum Dorica dialecto conceptum cum sequentibus, qui epicae vel Ionicae dialecto propius accedant uno tenore, ut aiunt, fluere posse, id quidem luculenter ostendit et ratio sermonis et sententiarum contextus. Iam vero quum Plutarchus partem illorum distichorum assignaverit Tyrtaeo, in quem optime quadrant, nihil impedit, quominus Tyrtaei reliquias hoc novo thesauro locupletemus, et disticha ab utroque scriptore servata in eum ordinem redigamus, quem proposuimus.

Vs. 1. Vulgaris olim lectio fuit *Πυθωνόθεν οἱ τάδε νικῶν*, ex codice A. emendata. *Πυθωνόθεν* derivandum a forma *Πυθιών*, *Πυθῶνος*, pro consueta *Πυθῶθεν*, deducenda a *Πυθώ*, *Πυθοῦς*, i. q. *Delphi*. cf. Pindar. Pyth. V, 141. Etiam apud Homerum urbs, quae postea nomen nacta est *Delphorum* vel regio circa Delphos sita gaudet nomine *Πυθοῦς* sive *Πυθῶνος*. Iliad. ι, 404. sq.

δη γὰρ ἀργυρότοξος ἄναξ ἑκάεργος Ἀπόλλων

χρυσοκόμης ἔχρη πίονος ἐξ ἀδύτου,

5 ἄρχειν μὲν βουλῆς θεοτιμήτους βασιλῆας,

οἷσι μέλει Σπάρτης ἱμερόεσσα πόλις,

πρεσβυγενεῖς δὲ γέροντας, ἔπειτα δὲ δημότας ἄνδρας,

εὐθείην ῥήτρην ἀνταπαμειβομένους,

οὐδ᾽ ὅσα λάϊνος οὐδὸς ἀφήτορος ἐντὸς ἐέργει,
Φοίβου Ἀπόλλωνος, Πυθοῖ ἔνι πετρηέσσῃ.
cf. β, 519. ubi forma Πυθῶνα. Odyss. θ, 79 sq.
ὣς γάρ οἱ χρείων μυθήσατο Φοῖβος Ἀπόλλων
Πυθοῖ ἐν ἠγαθέῃ, ὅθ᾽ ὑπέρβη λάϊνον οὐδὸν
χρησόμενος. — cf. Odyss. λ', 581. Tibullus II, 3, 27. utrumque nomen coniunctum exhibet hoc modo:

Delos ubi nunc, Phoebe, tua est, ubi Delphica Pytho?

Vs. 3. 4. Possit quidem offendere hoc distichum a Plutarcho omissum; sed hoc temere factum esse videtur. Neque enim satis cohaeret versus 5 cum versu 2, ita ut iunctura quadam opus sit, qualis apparet in disticho nuper demum reperto. —

δὴ γὰρ eodem modo coniunctum, quo videmus apud Homer. Il. ο, 488. δὴ γὰρ ἴδον ὀφθαλμοῖσιν κ. τ. λ. Odyss. α, 194. νῦν δ᾽ ἦλθον· δὴ γάρ μιν ἔφαντ᾽ ἐπιδήμιον εἶναι. cf. Thierschii Gramm. Gr. §. 302.

Vs. 4. sq. Similem structuram admisit Hermesianax 5, 89 sq.

οἵῳ δ᾽ ἐχλίηνεν ὃν ἔξοχον ἔχρη Ἀπόλλων
ἀνθρώπων εἶναι Σωκράτη ἐν σοφίῃ
Κύπρις μηνίουσα κ. τ. λ.

Denn es erwiedert' Apollon, der Herrscher mit silbernem Bogen,
Treffend und goldumlockt, aus dem geweiheten Hain:
Herrschen im Rathschluss sollen die götterbegnadeten Fürsten,
Denen die reizende Stadt Sparta zur Pflege vertraut,
Die ehrwürdigen Alten und dann die gemeindlichen Männer,
Wenn sie mit gradem Beschluss bieder entgegnen dem Rath.

Vs. 5. *βουλῆς*, quod dependet a verbo *ἄρχειν*, recepimus ex Plutarcho pro corrupto *βουλῇ* apud Diodor.

Vs. 6. Quum Tyrtaeus in carminibus elegiacis ubique indulserit formis epicis primae declinationis, nemo dubitabit Diodori lectionem *Σπάρτης* in ordinem recipere pro Plutarchi *Σπάρτας*. — *ἱμερόεσσα*, ita apud Plutarch. cuius vice apud Diodorum perperam scribitur *ἰχερόεσσα*.

Vs. 7. *πρεσβυγενεῖς δὲ γέροντας*, ita Diodorus, quam quidem lectionem longe praestare Plutarchea *πρεσβύτας τε γέροντας*, nemo est qui infitietur. Primum enim *πρεσβυγενίας* a Plutarcho etiam commemoratos esse videmus in clausula, quam Polydorus et Theopompus legi Lycurgeae addiderunt, eamque a Tyrtaeo spectatam; deinde particula *δέ* praecedentem habet particulam *μέν* versu 5., cui respondeat; *τε* autem prorsus otiosum. — *Πρεσβυγενεῖς γέροντας* poeta pleonastice dixit, ita tamen ut in voce *πρεσβυγενής* insit notio *verecundiae*; intelligit autem Spartanorum *γερουσίαν*. v. Plutarch. Lycurg. c. 5. Mansonis Sparta I, 1. p. 95. sqq. Mülleri Dor. II, p. 91. sqq.

Vs. 8. *εὐθείην ῥήτρην*, ita facili opera emendavimus Diodori lectionem *εὐθείην ῥήτρας*. Apud Plutarch. *εὐθείαις ῥήτραις*, quod minus placet, utpote minus sincerum atque simplex. *Εὐθείην ῥήτρην ἀπαμείβεσθαι*, *rectam sententiam*

μυθεῖσθαί τε τὰ καλὰ καὶ ἔρδειν πάντα δίκαια,

10 *μηδέ τι βουλεύειν τῇδε πόλει* [*σκολιόν·*]

referre, i. e. *integra, haud obscura suffragia ferre.* Similiter *μῆτιν, χάριν ἀμείβεσθαι*, et apud Demosthen. Philipp. I, 30. *γνώμας ἐπιχειροτονεῖν*, i. e. *de diversis rogationibus suffragia ferre. Εὐθείην ῥήτρην* Tyrtaeus opponit *σκολιᾷ*, quam ne sequeretur populus Polydorus et Theopompus reges praecaverant hacce clausula: *Αἰ δὲ σκολιὰν ὁ δᾶμος ἕλοιτο, τοὺς πρεσβυγενέας καὶ ἀρχαγέτας ἀποστατῆρας ἦμεν.* Iam vero Tyrtaeus una cum clausula ipsius quoque legis a Lycurgo latae argumentum distichis inclusit, quemadmodum apparet ex Plutarchi Lycurg. c. 6. init. *Οὕτω δὲ περὶ ταύτην ἐσπούδασε τὴν ἀρχὴν ὁ Λυκοῦργος, ὥςτε μαντείαν ἐκ Δελφῶν κομίσαι περὶ αὐτῆς, ἣν ῥήτραν καλοῦσιν. ἔχει δὲ οὕτως· — γερουσίαν σὺν ἀρχαγέταις καταστήσαντα ὥρας ἐξ ὥρας ἀπελλάζειν μεταξὺ Βαβύκας τε καὶ Κνακίωνος, οὕτως εἰςφέρειν τε καὶ ἀφίστασθαι· δάμῳ δὲ κυρίαν ἦμεν καὶ κράτος.* cf. Mülleri Dor. II. p. 85. Quanquam *κατ' ἐξοχὴν* Lycurgi leges dictae sunt *ῥῆτραι*, hinc tamen minime sequitur alias quoque leges eodem nomine non posse gaudere, imprimis apud Lacedaemonios. Vocabulum *Ῥήτρα* enim, quod derivandum a verbo *ῥέω, ἐρῶ*, proprie significat *dictum* sive *pactum*, deinde usurpatur de *oraculi dictis* sive *vaticiniis*; et quoniam Lycurgi leges, utpote a Deo Delphico sancitas, oraculorum similes habebantur, idem nomen sibi vindicarunt. Si igitur ad primitivam vocis significationem respexeris, nihil sane prohibebit, quominus Tyrtaeum ponamus *εὐθείην ῥήτρην* dicere voluisse *dictum* sive *sententiam directam, distinctam, non obliquam* (*σκολιάν*) sive *obscuram.* Itaque sensus est hic: *Populum oportet suffragia haud obscura referre, si lex quaedam a regibus atque Senatu rogata est;* i. e. *rogationem aut accipere aut detrectare.* cf. Mülleri

Reden das Schöne beständig und thun nichts als das Gerechte,
Und nie krummes Gesetz sinnen und rathen der Stadt;

Dor. II. p. 86. 541. — Franckius dativum *εὐθείαις ῥήτραις*, a Plutarcho exhibitum, non accepit pro instrumentali quem dicunt, sed pro dativo, qui dependeret a verbo *ἀνταπαμειβομένους*, neque hac interpretatione contentus audacissimum idemque levissimum emendandi periculum fecit, *γνώμαις* pro *ῥήτραις* in ordinem recipiens, propterea quod in clausula supra laudata facillime potuisset aliquis ad *σκολιὰν* assumere *ῥήτραν* ex iis, quae apud Plutarchum proxima essent: *τῇ ῥήτρᾳ παρενέγραψαν*. Quod si quis fecisset, non mirum esse, si idem sibi visus esset emendasse Tyrtaeum, quum scriberet *εὐθείαις ῥήτραις*. Sed quid multa? Hariolationes nempe nunquam fiunt emendationes; nec sane emendare fas est, si quid ex duplice antiquitatis fonte profectum facillime licet explicare. — Denique observandum est singularem interpretandi viam ingressum esse Schaeferum in novissima Plutarchi editione Teubneriana: *Sua sibi quique jura ita servantes, ut aequilibrium inter omnes oriatur*: quod tamen ingenue fateor, assequi non possum.

Vs. 9. *μυθεῖσθαί τε*, ita scribendum esse suadet Dindorfius pro Codicis lectione *μυθεῖσθαι δέ*, quoniam particula *δέ* non habet, quo referatur, *τε* autem una cum particula *καί* optime connectit verba *μυθεῖσθαι* atque *ἔρδειν* sibi invicem opposita, *et dicere et agere*.

Vs. 10. Hic versus mutilate legitur in Codice: *μηδέτι ἐπιβουλεύειν τῇδε πόλει*, quibus vestigiis insistens Dindorfius versum integrum restituere conatus est huncce:

μηδ' ἐπιβουλεύειν τῇδε πόλει τι κακόν,

et cum quidem sensui prorsus accommodatum, quanquam aliis coniecturis aditum minime praeclusit. En igitur novum reponendi periculum:

μηδέ τι βουλεύειν τῇδε πόλει σκολιόν,

δήμου τε πλήθει νίκην καὶ κάρτος ἕπεσθαι·

Φοῖβος γὰρ περὶ τῶν ὧδ' ἀπέφηνε πόλει.

3.

Ἡμετέρῳ βασιλῆι, θεοῖσι φίλῳ Θεοπόμπῳ,

quo quidem versu Tyrtaeus respexerit clausulam supra memoratam. Sensus: *Cives ne suadeant obliquum sive obscurum sive dolosum quidquam huic urbi.* Ita Homer. Il. π, 387. sq.

οἳ βίῃ εἰν ἀγορῇ σκολιὰς κρίνωσι θέμιστας,
ἐκ δὲ δίκην ἐλάσωσι θεῶν ὄπιν οὐκ ἀλέγοντες.

Ubi scholiasta: οἳ κακῶς κρίνοντες σκολιὰς ποιήσουσι τὰς θέμιστας. — σκολιάς, ἀδίκους, ἀπὸ τοῦ εὐθέος καὶ ὀρθοῦ παρατετραμμένας ἐπὶ τὸ ἄδικον, ὅ ἐστι στρεβλάς. Hesiod. Ἔργ. 251. sqq.

ἐγγὺς γὰρ ἐν ἀνθρώποισιν ἐόντες
ἀθάνατοι φράζονται, ὅσοι σκολιῇσι δίκῃσιν
ἀλλήλους τρίβουσι, θεῶν ὄπιν οὐκ ἀλέγοντες.

cf. 221. sqq. 260. 264. Etiam Solo ιγ', 38. εὐθύνει δὲ δίκας σκολιάς. Theognis 535. sq. οὔποτε δουλείη κεφαλὴ ἰθεῖα πέφυκεν, ἀλλ' αἰεὶ σκολιή.

Ad fragm. 3. Nexum huius et praecedentis fragmenti sagaciter constituit Thierschius p. 615, hoc modo: „Idem ille rex, cui datum erat ab Apolline, ut patrias leges stabiliret, bello quoque, quo patres nostri atterebantur, finem imposuit."

Vs. 1. 2. extant apud Pausaniam IV, 6, 2. Οὗτος δὲ ὁ Θεόπομπος ἦν καὶ ὁ πέρας ἐπιθεὶς τῷ πολέμῳ· μαρτυρεῖ δέ μοι καὶ τὰ ἐλεγεῖα τῶν Τυρταίου λέγοντα· Ἡμετέρῳ κ. τ. λ. Versus 3. apud Scholiastam ad Platon. Legg. p. 448. ad Alcibiad. I. p. 388. ed. Bekker. quem quidem versum Buttmannus ad Platon. Alcib. I. p. 151. ed. 3. primus suspica-

Dann wird der Volksmacht Sieg und jegliche Stärke erfolgen:
Denn es verkündete so hierüber Phöbos der Stadt.

3.

Unserem Könige einst, der Unsterblichen Freund Theopompos,

tus est adhaesisse disticho, quod a Pausania servatum est. Idem rectissime scripsit ἀγαθήν, cuius vice in utroque Platonis loco perperam legitur ἀγαθόν, quod ad Μεσσήνην referri nequit.

Franckium versu 1. caesura trochaica in pede quarto ita offendit, ut pro θεοῖσι φ. reponeret θεοῖς τε φ. Sed ipse laudavit Theognidis versum Tyrtaei simillimum 881.

οὔρεος ἐν βήσσῃσι, θεοῖσι φίλος Θεότιμος,

quem identidem temere emendare conatus est. Legitima autem utriusque versus caesura est κατὰ τρίτον τροχαῖον post βασιλῆι et post βήσσῃσι, quam flagitat etiam interpunctio vel sententiarum contextus. Sed audacior etiam in hoc fragmento versatur Franckius p. 172. 295. quippe qui Theopompo adiungendum esse opinetur collegam imperii Polydorum, adeoque ita scribendum:

Πολυδώρῳ
ἡμετέρῳ βασιλῆι, θεοῖς τε φίλῳ Θεοπόμπῳ.

„Omisit Polydori nomen alterumque versum paullulum immutavit ipse fortasse Pausanias, qui quidem de solo loquitur Theopompo, neque omnino affert Tyrtaei versus, nisi ut hunc regem bello Messeniaco priori finem imposuisse ostendat. Sed Tyrtaeus, si voluit Lacedaemonios ad obedientiam regibus illis praestandam impellere, ne potuit quidem, si quid video, alterum sine altero commemorare.“ Primum obedientiam sibi finxit Franckius regibus praestandam, cuius Tyrtaeus ipse nullam omnino h. l. mentionem facit; deinde quid proprie voluerit Tyrtaeus his versibus, prorsus obscurum est, neque ex nexu sententiarum apparet, quoniam referendi sint

ὃν διὰ Μεσσήνην εἵλομεν εὐρύχορον,

Μεσσήνην, ἀγαθὴν μὲν ἀροῦν, ἀγαθὴν δὲ φυ-
τεύειν.

4.

Strabo VI, 3, 3. Μεσσήνη δὲ ἑάλω, πολεμηθεῖσα ἐννεακαίδεκα ἔτη, καθάπερ καὶ Τυρταῖός φησιν·

Ἀμφ' αὐτὴν δ' ἐμάχοντ' ἐννέα καὶ δέκ' ἔτη,

νωλεμέως, αἰεὶ ταλασίφρονα θυμὸν ἔχοντες,

αἰχμηταὶ πατέρων ἡμετέρων πατέρες.

dativi βασιλῆι κ. τ. λ. Sed hoc etiam falsum, quod nomen Πολυδώρῳ posuit in extremo pentametro, cuius terminationi nequaquam convenit. Tyrtaeus de nulla alia re loquitur, nisi de priori bello Messeniaco, in quo excelluit potissimum Theopompus rex: sed eius collega Polydorus huc omnino non pertinet. — Etiam Müllerus Dor. I. p. 146 et Thierschius p. 614. tacite improbant Franckii audaciam.

Vs. 2. ὃν διά, ita scribendum. Franckius, ut solet, curiositatis studiosus anastropham admisit, ὃν δία, quam ne posse quidem locum habere in praepositionibus ἀμφί, ἀντί, διά atque ἀνά docent Grammatici. — εἵλομεν vulg. ἕλομεν, quod metro repugnat, Cod. Mosc.

Vs. 3. Ad hunc versum respicit etiam Strabo VIII, 5, 6. qui ex Euripis versiculo Heraclidas Messeniae dominos proponens:

Ἀρετὴν ἐχούσης μεῖζον', ἢ λόγῳ φράσαι,

haec deinde adiungit: οἵαν καὶ ὁ Τυρταῖος φράζει. Etiam πίονα ἔργα Messeniae tribuit Tyrtaeus 4, 4.

Ad fragm. 4. De his distichis disputavit Müllerus Dor. I. p. 145. — Versum 1 — 3 servavit etiam Pausanias IV, 15, 1.

Der des Messenischen Lands weiten Bezirk
uns gewann,
Welches vortrefflich zu pflügen, vortrefflich auch
Bäume zu pflanzen.

4.

Neunzehn Jahre hindurch kämpften sie
wacker darum,
Ununterbrochen, und stets ausdauernden Muth
sich bewahrend,
Die vollkundig des Speers unsere Väter
gezeugt.

Vs. 1. *Ἀμφ' αὐτὴν*, ita legitur in omnibus Pausaniae libris, ita ut *αὐτὴν* referatur ad *Μεσσήνην*, cuius Strabo in praecedentibus mentionem fecit, atque *ἐμάχοντ'* ad Lacedaemonios sive *πατέρων ἡμετέρων πατέρες*. Apud Strabonem vero legitur *ἄμφω τώδ' ἐμάχοντ'* vulg. *ἄμφω τώδε μάχονται* Codd. Par. 1. Med. 1. 2. Eton. Mosc. quorum altera lectio metro repugnat, altera minus convenit totius loci sententiae. Nimirum *ἄμφω τώδε* iam essent *Lacedaemonii* et *Messenii*; sed *πατέρες ἡμετέρων* ad solos Lacedaemonios spectare possunt, non ad utrosque.

ἐννέα καὶ δέκ', separatim scripsimus ex Pausaniae Cod. Mosc. vulgo coniunctim *ἐννεακαίδεκ'*.

Vs. 2. *νωλεμέως* pertinet ad praecedens *ἐμάχοντο*, *αἰεὶ* ad sequens *ἔχοντες*.

Vs. 3. *αἰχμηταὶ*, ita apud Pausan. omnes et apud Strabon. plerique libri; *αἰχμητὰς* contra Med. 1. 2. Esc. Mosc. quod ineptissimum. Huc respicit etiam Strabo VIII, 4, 10. *Τὴν μὲν οὖν κατάκτησιν αὐτῶν* [*Μεσσηνίων*] *φησὶ Τυρταῖος ἐν τοῖς ποιήμασι κατὰ τοὺς τῶν πατέρων πατέρας γενέσθαι.*

εἰκοστῷ δ' οἱ μὲν κατὰ πίονα ἔργα λιπόντες

φεῦγον Ἰθωμαίων ἐκ μεγάλων ὀρέων.

5.

Pausanias IV, 14, 13. Τιμωρίαι δὲ, ἃς ὕβριζον [οἱ Λακεδαιμόνιοι] ἐς τοὺς Μεσσηνίους, Τυρταίῳ πεποιημέναι εἰσίν·

ὥςπερ ὄνοι μεγάλοις ἄχθεσι τειρόμενοι,

δεσποσύνοισι φέροντες ἀναγκαίης ὕπο λυγρῆς

ἥμισυ πᾶν, ὅσσον καρπὸν ἄρουρα φέρει.

ὅτι δὲ καὶ συμπενθεῖν ἔκειτο αὐτοῖς ἀνάγκη, δεδήλωκεν ἐν τῷδε·

δεσπότας οἰμώζοντες, ὁμῶς ἄλοχοί τε καὶ αὐτοί,

εὖτέ τιν' οὐλομένη Μοῖρα κίχοι θανάτου.

Vs. 4. 5. Hoc distichum redit apud Pausan. IV, 13, 4. — Particula δ' omittitur in Strabonis Codd. Par. 1. Med. 1. 2. Esc. οἱ μὲν, sc. *Messenii*.

Ad fragm. 5. Pausanias in praecedentibus horum distichorum argumentum accuratius explicat: Τὰ δὲ ἐς αὐτοὺς Μεσσηνίους παρὰ Λακεδαιμονίων ἔσχεν οὕτως. πρῶτον μὲν αὐτοῖς ἐπάγουσιν ὅρκον, μήτε ἀποστῆναί ποτε ἀπ' αὐτῶν, μήτε ἄλλο ἐργάσασθαι νεώτερον μηδέν. δεύτερον δὲ φόρον μὲν οὐδένα ἐπέταξαν εἰρημένον, τῶν δὲ γεωργουμένων τροφῶν σφίσιν ἀποφέρειν ἐς Σπάρτην πάντα ἡμίσεα. προείρητο δὲ καὶ ἐπὶ τὰς ἐκφορὰς τῶν βασιλέων καὶ ἄλλων τῶν ἐν τέλει καὶ ἄνδρας ἐκ τῆς Μεσσηνίας καὶ τὰς γυναῖκας ἐν ἐσθῆτι ἥκειν μελαίνῃ· καὶ τοῖς παραβᾶσιν ἐπέκειτο ποινή. —

Vs. 2. δεσποσύνοισι sc. Λακεδαιμονίοις. δεσπόσυνος pro δεσπότης. v. Bekkeri Anecd. p. 89. — ὕπο scribendum pro vulg. ὑπὸ; propter Anastropham.

Aber im zwanzigsten dann die gesegneten Fluren verlassend,
Flüchteten jene herab hoch von Ithomes Gebirg.

5.

Gleichwie die Esel vom Druck mächtiger Lasten gebeugt,
Bringen sie ihren Gebietern ob schmählich erduldetem Zwange
Alles zur Hälfte, so viel trägt an Getraide das Feld.

Ihre Gebieter bejammernd, die Gattinnen gleichwie sie selber,
Wann das verwünschte Geschick einen zum Tode entrafft.

Vs. 3. *ἥμισυ πᾶν, ὅσσον* κ. τ. λ. ita correxit Kuhnius, quod vulgo legitur *ἥμισυ πάνθ' ὅσσων*. Structura illa frequentissima pro *ἥμισυ πᾶν καρποῦ, ὅσον ἄρουρα φέρει.* Id quod Pausanias dicit *τῶν γεωργουμένων τροφῶν πάντα ἡμίσεα*. Sensus est igitur: *Messeniis onus impositum erat, ut omnem sive plenam (i. e. nihil minus quam) dimidiam frugum partem Spartam deportarent.*

Vs. 5. De more regum Laconicorum sepeliendorum vide Herodot. VI, 58. — De coniunctione *εὖτε* cum optativo posita in re saepius repetita v. Thiersch. Act. Monac. I. p. 214.

ʽΥΠΟΘΗΚΩΝ.

6.

Τεθνάμεναι γὰρ καλὸν ἐπὶ προμάχοισι πεσόντα

ἄνδρ' ἀγαθόν, περὶ ᾗ πατρίδι μαρνάμενον·

Ἐπίμετρον.

ad fragm. 5.

Aelius Aristides Vol. II. p. 40. sq. ed. Dindorf. *Τί δέ*, inquit, *ὁ τῶν παρθένων ἐπαινέτης τε καὶ σύμβουλος λέγει ὁ Λακεδαιμόνιος ποιητής;*

Πολλὰ λέγειν ὄνυμ' ἀνδρί, γυναικὶ δὲ πᾶσι χαρῆναι.

πολλά, φησίν, ὁ ἀνὴρ λεγέτω, γυνὴ δὲ οἷς ἂν ἀκούσῃ χαιρέτω. Hunc versum hexametrum Fabricius in Indice Aristidis et Harlesius in illius Bibliotheca Graeca Vol. I. p. 739. Tyrtaeo vindicare ad eiusque Eunomiam referre voluerunt. Sed frustra. Possit quidem Tyrtaeus *κατ' ἐξοχὴν* vocari *ὁ Λακεδαιμόνιος ποιητής*, minime vero *ὁ τῶν Παρθένων ἐπαινέτης*, quae quidem designatio optime convenit *Alcmanis Partheniis*, cui iure meritoque fragmentum reddidit Welckerus p. 30. Accedit Scholiastae auctoritas, ad verba *ὁ Λακ. ποιητής* annotantis: *ὁ Ἀλκμάν.*

Scripsimus hexametrum, qualem emendavit Welckerus, ita ut exponere liceat: *Multa dicere gloria est viro, mulieri autem multis rebus gaudere*, sc. *tacenti*: id quod sua etiam interpretatione expressit Aristides. In libris pro *λέγειν* reperitur *λέγων*. *ὄνυμ'*, forma Dorica pro *ὄνομα*, *nomen*, sive *honor*, *gloria*.

Deinde *πᾶσι χαρῆα* Θ. *πάσῃ χασῇ χαρῆα* M. *πάσῃ χαρῆα* Iunt. *πάσῃ χαρῆα* Iebb. *πάσῃ χαρηὰ* L. unde Hermannus et Dindorfius elicuerunt *Πασιχάρηα*, nomen proprium, quod quomodo explicandum sit fateor me nondum assequutum esse.

6.

Ruhmvoll traun ist der Tod in den vordersten Reihen des Treffens,
Wenn fürs heimische Land kämpfend der Tapfere sinkt;

Ad. frag. 6. Lycurg. orat. in Leocrat. c. 28. p. 212. sqq. Reisk. *Καὶ περὶ τοὺς ἄλλους ποιητὰς οὐδένα λόγον ἔχοντες περὶ τοῦτον* [*Τυρταῖον*] *οὕτω σφόδρα ἐσπουδάκασιν, ὥςτε νόμον ἔθεντο, ὅταν ἐν τοῖς ὅπλοις ἐκστρατευόμενοι ἴωσι, καλεῖν ἐπὶ τὴν τοῦ βασιλέως σκηνὴν ἀκουσομένους Τυρταίου ποιημάτων ἅπαντας, νομίζοντες οὕτως ἂν αὐτοὺς μάλιστα πρὸ τῆς πατρίδος ἐθέλειν ἀποθνήσκειν. χρήσιμον δ' ἐστὶ καὶ τούτων ἀκοῦσαι τῶν ἐλεγείων, ἵν' ἐπίστησθε, οἷα ποιοῦντες εὐδοκίμουν παρ' ἐκείνοις. Τεθνάμεναι κ. τ. λ.*

Vs. 1. *γάρ* i. e. *γε ἄρ* sive *ἄρα*, habet vim intentivam atque exhortativam, ita ut respondeat fere Germanico *ja*. Itaque in medio relinquitur, utrum hoc versu integra orta sit elegia, an disticha quaedam illum praecesserint, ad quae referatur particula *γάρ*, qualis aptissime convenit poetae bellico, cives suos ad virtutem exhortanti et quasi in mediam rem abripienti. — *ἐπὶ προμάχοισι*, ita Codices ad unum omnes, idem paene quod versu 21. *μετὰ προμάχοισι πεσόντα*. v. 30. *ἐν προμάχοισι πεσών*, ex quibus locis nequaquam sequitur hic contra auctoritatem librorum MSS. legendum esse *ἐνὶ προμάχοισι*, quod voluit Franckius, cui nescio quam ob rem astipulatus est Bekkerus acerrimus alioquin Codicum lectionis vindex, non Heinrichius, ut par est. Coraës autem, qui in textum recepit *ἐπὶ πρ.*, tamen in annotationibus: *Εἰσὶν*, inquit, *οἳ γραπτέον εἶναι, ἐνὶ προμάχοισι, οὐκ ἀπιθανῶς ὑπενόησαν.*

Vs. 2. Pro *περὶ ᾗ* in Codd. A. B. legitur *περὶ τῇ ἑαυτοῦ*, quod merum est genuinae lectionis glossema.

τὴν δ' αὐτοῦ προλιπόντα πόλιν καὶ πίονας ἀγρούς

πτωχεύειν πάντων ἔστ' ἀνιηρότατον,

5 *πλαζόμενον σὺν μητρὶ φίλῃ καὶ πατρὶ γέροντι*

παισί τε σὺν μικροῖς κουριδίῃ τ' ἀλόχῳ.

ἐχθρὸς μὲν γὰρ τοῖσι μετέσσεται, οὕς κεν ἵκηται

χρησμοσύνῃ τ' εἴκων καὶ στυγερῇ πενίῃ,

αἰσχύνει τε γένος, κατὰ δ' ἀγλαὸν εἶδος ἐλέγχει,

10 *πᾶσα δ' ἀτιμίη καὶ κακότης ἕπεται.*

V. 3. *τὴν δ' αὐτοῦ*, ita Cod. Rehdigeranus et ed. Aldina, tacite assentiente Hermanno ad Viger. p. 932. pro vulg. *τὴν δ' αὑτοῦ*, quod Franckius sine iustis rationibus mutavit in *ἣν δ' αὐτοῦ*. cf. Pinzger. ad Lycurg. h. l.

Vs. 4. Ad hunc Tyrtaei locum respexisse Dinarchum in initio orationis optime perspexit Osannus, auctore Dionysio Hal. T. II. p. 119. ed. Sylburg. *Πάντων ἐστὶν ἀνιαρότατον κ. τ. λ.* Ita scribendum pro *ἀνιαρώτατον*, quod etiam apud Tyrtaeum exhibent A. B. et pr. L. *ἀνιαρότατον* P. unde restituendum *ἀνιηρότατον*.

Vs. 7. *ἐχθρὸς μὲν γὰρ τοῖσι*, ita in omnibus Bekkeri Codd. praeter A. pr. m. qui, ut pleraeque edd. omittit *μὲν* cf. Thiersch. Act. Monac. I. p. 214. sq. II. p. 268. sq. Hermann. ad Viger. p. 932. Passovii Symbolae crit. p. 29. sq. Quoniam codicum lectio prorsus sana est, supervacaneum videtur varias virorum doctorum coniecturas enumerare. — Comma post *ἵκηται* delendum Heinrichio auctore, quoniam

Aber entfernt von der eigenen Stadt und den lachenden Fluren
Bettelnd zu ziehen dahin, das ist der drückendste Gram,
Schweifend umher mit der Mutter zumal und dem greisen Erzeuger,
Lallenden Kindern dazu und mit dem jungen Gemahl.
Denn als ein Feind wird er gelten Jedwedem, zu welchem er hinkommt,
Von Drangsalen gebeugt und von entsetzlicher Noth,
Und er beschimpft das Geschlecht und befleckt die erhabene Bildung,
Ihm folgt jeglicher Hohn, jede Verworfenheit nach.

verba, quae sequuntur, spectant ad sententiam relativam, non ad *μετίσσεται*.

Vs. 8. sq. Hunc locum ante oculos habuisse videtur Theognis 388. sqq.

τολμᾷ δ' οὐκ ἐθέλων αἴσχεα πολλὰ φέρειν,
χρησμοσύνῃ εἴκων, ἣ δὴ κακὰ πολλὰ διδάσκει.
ψεύδεά τ' ἐξαπάτας τ' οὐλομένας τ' ἔριδας.

Sed iam antea Homerus Od. ξ, 156.

ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς Ἀΐδαο πύλησιν
γίγνεται, ὃς πενίῃ εἴκων ἀπατήλια βάζει.

Vs. 9. Pro *αἰσχύνει* L. P. habent *αἰσχύνῃ*.

V. 10. Codd. *ἀτιμία*, quod emendandum *ἀτιμίη*, ab editoribus miro modo perturbatum. *Ignominia* est enim, quae subsequitur virum patria expulsum. Itaque Franckius, qui falso statuit Klotzium primum coniecisse *ἀτιμία*, parum vere assensit Scaligeri aliorumque coniecturae *ἀθυμίη*.

εἶθ' οὕτως ἀνδρός τοι ἀλωμένου οὐδεμί' ὤρη

γίγνεται, οὐδ' αἰδὼς εἰςοπίσω τελέθει.

θυμῷ γῆς περὶ τῆςδε μαχώμεθα καὶ περὶ παίδων

Vs. 11. εἶθ' οὕτως, Codd. omnes, quam quidem lectionem contra Thierschii coniecturam in Actis Monac. I. p. 215, propositam, εἰ δ' ἄγετ' οὖν, bene defendit Hermannus ad Viger. p 933. sq. Tyrtaei verba ita explicans: *qui relicta patria mendicus peregrinos adit, non solum odio est iis, ad quos accedit, sed etiam genti suae sibique ipsi opprobrium affert, omnique conflictatur infortunio: tumque sane hoc modo nemo curat aut respicit circumerrantem.* Eandem lectionem retinuerunt etiam Heinrichius et Bekkerus. Thierschius autem etiam nunc Act. Monac. III. p. 622. sq. verba εἶθ' οὕτως non poetae, sed oratoris (*Lycurgi* scilicet, non *Stobaei*, quem falso nominat Vol. I. p. 216.) esse statuit, qui pluribus, quae post πᾶσα ἀτιμίη καὶ κακότης ἕπεται in exemplari suo sequuta essent, omissis, ad ea, quae argumento suo congrua essent, properet et sic pergat: εἶθ' οὕτως, nempe λέγει ὁ Τυρταῖος, aut simile aliquid. Sed hoc nimis lubricum. — Singularem viam ingressus est Franckius, qui dedit εἰ δ' οὕτως, ita ut apodosis incipiat inde a versu 13. non inepte quidem, sed minus vere, quum librorum lectio nihil in se habeat, quod reapse offendat. Nimirum quod ille movet ἀσύνδετον, id quidem ab oratione magis incitata quam pedestri parum abhorret; augeri contra eo sententiarum gravitatem atque pondus bene observavit Matthiae, quum ea, quae cum indignatione antea dicta sint, in hanc quasi summam erumpant. — Extremo versu Bekkeri Codd. omnes praebent ὥρη, quanquam sententia ipsa flagitat ὤρη, leni spiritu scribendum, i. e. φροντίς, ἐπιμέλεια, Harpocratione et Hesychio interpretibus; unde profectum est Latinum *cura* et verbum ὀλιγωρεῖν, i. e. ὀλίγην ὤραν ἔχειν.

So wird keinerlei Achtung fürwahr dem umstreifenden Manne
Blühen und nimmer hinfort Schaam bei den Menschen ihm sein.
Muthvoll wollen wir streitend für dieses Gebiet und die Kinder

Vs. 12. οὔτ' ὀπίσω A. B. P. ουτ' ὀπίσω L. οὐδ' ἐς τ' ὀπίσω Z. Verum iam reposuerunt priores editores εἰςοπίσω, quibus suffragantur Heinrichius et Bekkerus. — Pro vulgato οὔτ' e Cod. Rehdig. dedimus οὐδ', quod idem praetulit Bekkerus. — τελέθει, τέλος A. B. τελ. P.

Vs. 13—16. Utrumque hoc distichum Franckius existimat ita additum a rhapsodo nescio quo, ut omitteret antiqui poetae distichum, coniunctum hodie cum rhapsodi mutatione. Et prius quidem distichum putat adumbratum esse e verbis Tyrtaei aliquanto gravioribus: μηδὲ φιλοψυχεῖτ'. Quum autem Isocratis verba in Archidamo p. 137. ed. Steph. αἱ γὰρ ἐπιφάνειαι καὶ λαμπρότητες οὐκ ἐκ τῆς ἡσυχίας, ἀλλ' ἐκ τῶν ἀγώνων γίγνεσθαι φιλοῦσιν· ὧν ἡμᾶς ὀρέγεσθαι προςήκει, μήτε τῶν σωμάτων μήτε τῆς ψυχῆς μήτε τῶν ἄλλων ὧν ἔχομεν μηδενὸς φειδομένους. ex isto Tyrtaei loco manifesta imitatione expressa sint, interpolationem vel Isocrate antiquiorem assumit Franckius. Sed quis talia pro compertis habebit? Iam primum adumbratio, quam suspicatus est Franckius, eodem iure ab ipso Tyrtaeo quo ab interpolatore profecta esse potest; deinde ne verum est quidem verba μηδὲ φιλοψυχεῖτ' maioris esse ponderis quam ψυχέων φειδόμενοι, nisi forte Franckium unicum harum rerum iudicem constitueris. Sed alia etiam caussa est, ut Matthiaei verbis utamur, cur Franckio illi versus interpolati videantur: „quis ferat, inquit, molestum illud ἀλλὰ—μηδέ, bis deinceps positum duobus in distichis?" Hospes sit in antiquorum libris oportet, qui eiusmodi repetitionibus offendatur. cf. Mülleri Dor. I. p. 141.

Vs. 13. pro τῆςδε Z. habet τῆςγε, et pro μαχώμεθα

θνήσκωμεν ψυχέων μηκέτι φειδόμενοι,

15 ὦ νέοι, ἀλλὰ μάχεσθε παρ' ἀλλήλοισι μένοντες,

μηδὲ φυγῆς αἰσχρᾶς ἄρχετε μηδὲ φόβου·

ἀλλὰ μέγαν ποιεῖσθε καὶ ἄλκιμον ἐν φρεσὶ θυμόν,

μηδὲ φιλοψυχεῖτ', ἀνδράσι μαρνάμενοι·

τοὺς δὲ παλαιοτέρους, ὧν οὐκέτι γούνατ' ἐλαφρά,

20 μὴ καταλείποντες φεύγετε τοὺς γεραιούς.

A. B. P. μαχόμεθα, sicut mox pro θνήσκωμεν A. B. θνήσκομεν, pro ψυχέων A. B. L. P. Z. ψυχάων.

Vs. 15. Alacritatis indicium inest in transitu ex prima persona μάχωμεθα ad secundam μάχεσθε, ἄρχετε. Nimirum hoc distichum cum praecedentibus intime cohaerere luce clarius evincitur; quamobrem minori tantum, non maiori (ut vulgo) distinctione seiunximus. Ἀλλά hoc loco habet vim exhortativam.

Vs. 16. μηδὲ φόβου, cuius loco vitiosum μήτε q. exhibet Z.

Vs. 17. ποιεῖσθε A. B. P. ποιεῖτε ς. Recte interpretatus est Franckius θυμὸν ποιεῖν, *favere animum*, θυμὸν ποιεῖσθαι, *sibi facere seu capere animum*, velut apud Homerum θυμὸν θέσθαι Il. ι, 625. Id quod hodie Codicibus confirmatur, olim divinatione iam indagaverat Heinrichius.

Vs. 18. μαρνάμενοι, cuius vice quod legitur in L. P. Z. μαχόμενοι, pro illius glossemate habendum.

Vs. 19. Eandem sententiam his verbis expressit Homerus Il. χ, 71. sq.

Sinken dahin, niemals feig um das Leben besorgt;
Nein mit Beharrlichkeit streitet, ihr Jünglinge, neben einander,
Keiner gedenke zuerst schändlicher Flucht noch der Furcht;
Sondern erregt hochsinnig und kräftig den Muth in der Brust euch,
Liebet das Leben auch nicht, wenn mit den Männern ihr kämpft;
Aber den älteren Mann, dem nicht mehr rührig die Kniee,
Lasst nie fliehend zurück, ihn den ergraueten Greis.

νέῳ δέ τε πάντ' ἐπέοικεν,
Ἀρηικταμένῳ, δεδαϊγμένῳ ὀξέϊ χαλκῷ,
κεῖσθαι· πάντα δὲ καλὰ θανόντι περ, ὅ,ττι φανήῃ·
ἀλλ' ὅτε δὴ πολιόν τε κάρη πολιόν τε γένειον,
αἰδῶ τ' αἰσχύνωσι κύνες κταμένοιο γέροντος
τοῦτο δὴ οἴκτιστον πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσιν.

Epitheton, quod Tyrtaeus *genubus* attribuit, Homerus Il. *ν*, 61. membris: *γυῖα δ' ἔθηκεν ἐλαφρά κ. τ. λ.* Sed Homeri quoque aetate maximum corporis robur homines in genubus positum putasse apparet ex loquutione *θεῶν ἐν γούνασι κεῖται*, atque *γούνατα λύειν*, i. q. *interficere.*

V. 20. *γεραιούς*, ita scribendum ex Cod. Z. pro *γηραιούς*, quod est in A. B. L. P. neque Homericum est, quanquam prior illa forma saepius obvia. Ceterum notatu dignum mediam huius vocabuli syllabam hoc loco corripi, quippe quae omnino anceps habenda sit. V. Iacobs in Monum. Acad. Monac. 1809. p. 62. Seidler de versu dochm. p. 101. — Singularis etiam scructura est: *τοὺς δὲ παλαιοτέρους — μὴ καταλείποντες φεύγετε τοὺς γεραιούς*, illa procul dubio *ἀνακολούθως* explicanda.

αἰσχρὸν γὰρ δὴ τοῦτο μετὰ προμάχοισι πεσόντα
  κεῖσθαι πρόσθε νέων ἄνδρα παλαιότερον,
ἤδη λευκὸν ἔχοντα κάρη πολιόν τε γένειον,
  θυμὸν ἀποπνείοντ' ἄλκιμον ἐν κονίῃ,
25 αἱματόεντ' αἰδοῖα φίλαις ἐνὶ χερσὶν ἔχοντα
  (αἰσχρὰ τά γ' ὀφθαλμοῖς καὶ νεμεσητὸν ἰδεῖν)
καὶ χρόα γυμνωθέντα· νέοισι δὲ πάντ' ἐπέοικεν,

Vs. 21. γὰρ, A. B. μὲν γὰρ, deinde vs. 22. B. πρόσθεν pro πρόσθε.

Vs. 25. φίλαις ἐνὶ χερσὶν, ita Osannum sequentes dedimus ex Codd. B. et Rehdig. qui exhibent scripturam compendiosam φιλ' ἐνὶ χ. Ceteri φίλαις ἐν χερσὶν, quod vulgo in editionibus reperitur.

Vs. 26. τά γ' i. e. τὰ αἰδοῖα αἰσχρά ἐστιν κ. τ. λ. Quum autem extremo versu non positus sit pluralis, qui respondeat praecedenti αἰσχρά, sed singularis νεμεσητόν, Reiskius coniecit νεμεσητ' ἐνιδεῖν, quae tamen coniectura vix necessaria est, praesertim quum ante omnia docendum fuerit formam compositam ἐνιδεῖν etiam usitatam fuisse. Itaque Franckio scribendum videtur νεμεσητὰ ἰδεῖν, hiatu Homerico, Tyrtaei memoria non amplius a digamma, sed ab Homeri imitatione repetendo. Sed nihil est in librorum lectione, quod re vera offendat. Explica: τὰ αἰδοῖα αἰσχρά ἐστιν ὀφθαλμοῖς, καὶ νεμεσητόν ἐστιν ἰδεῖν τὰ αἰδοῖα, ita ut dativus ὀφθαλμοῖς atque infinitivus ἰδεῖν sibi respondeant.

Vs. 27. νέοισι δὲ πάντ' ἐπέοικεν, quam quidem omnium librorum lectionem cur Thierschius in Act. Monac. I. p. 216. II. p. 269. III. p 621. eumque secutus Heinrichius etiam

Denn Schmach bringt es fürwahr, wenn unter den Streitern gefallen
Vorn vor dem jüngeren Volk liegt der bejahrtere Mann,
Welchem die Scheitel sich weiss und das Barthaar grau schon gefärbt hat,
Wie er den kräftigen Muth haucht in dem Staube heraus,
Wie er die blutige Schaam mit den eigenen Händen bedeckt hält
(Schmachvoll wahrlich und herzreissend den Augen zu schaun!)
Und wie entblösst ihm der Leib; doch dem Jünglinge ziemet sich alles,

mutare voluerint in νέῳ δέ τε πάντ' ἐπ. vix perspicere potueris. Nimirum ex loco Homerico Il. χ, 71. νέῳ δέ τε πάντ' ἐπέοικεν, minime sequitur Tyrtaeum eodem numero uti oportuisse; neque variatio numeri, quum sequatur singularis ἔχῃ, tantum in se continet offensionis, ut iustam coniiciendi ansam suppeditet. Neque soloecam esse orationem, propterea quod, quum praecessisset νέοισι δὲ πάντ' ἐπέοικεν, sequeretur ἔχῃ sine pronomine τὶς, dilucide demonstravit Hermannus ad Viger. p. 934. Tantum abest, inquit, ut soloeca sit, ut sit usitatissima. Euripides in Supplicibus 452.

ἢ παρθενεύειν παῖδας ἐν δόμοις καλῶς,
τερπνὰς τυράννοις ἡδονάς, ὅταν θέλῃ.

Plura vide apud Heindorfium ad Plat. Gorg. p. 105. (p. 96. ed. Buttm.) Protag. p. 499. — Sed possit etiam, quod proposuerunt Pinzgerus atque Coraës, ἄνθος pro subiecto haberi, a quo dependeat verbum ἔχῃ, sc. τοὺς νέους. Quanquam altera ratio eam quoque ob caussam probabilior videtur, quia adiectiva, quae sequuntur, θηητός, ἐρατός κ. τ. λ. pro subiecti appositione iudicanda sunt. Similiter Theognis 1007. sq. ὄφρα τις ἥβης ἀγλαὸν ἄνθος ἔχων καὶ φρεσὶν ἐσθλὰ νοῇ.

ὄφρ' ἐρατῆς ἥβης ἀγλαὸν ἄνθος ἔχῃ,

ἀνδράσι μὲν θηητὸς ἰδεῖν, ἐρατὸς δὲ γυναιξὶν

30 ζωὸς ἐών, καλὸς δ' ἐν προμάχοισι πεσών.

ἀλλά τις εὖ διαβὰς μενέτω ποσὶν ἀμφοτέροισιν

στηριχθεὶς ἐπὶ γῆς, χεῖλος ὀδοῦσι δακών.

Vs. 28. ὄφρ' ἐρατῆς, ita clarissime scriptum in Cod. Rehdig. referente Passovio Sched. crit. p. 30. eodemque oculis exponente in Specimine IV. pro vulgata lectione ὄφρ' ἄρα τῆς, ex qua Valckenarius Distrib. Euripid. p. 293. B. et Hermannus ad Viger. iam elicuerant id, quod hodie codicis auctoritate stabilitum est. Consentiunt etiam Codd. A. B. L. P. qui sola litterarum transpositione exhibent ἀρετῆς. Exemplum huic simillimum exstat apud Mimnerm. 12, 3. p. 44 Nihilominus Thierschius Act. Monac. III. p. 621. pertinaciter retinet id, quod olim defenderat, ἄρα τῆς.

Vs. 29. sq. Eandem fere sententiam expresserat etiam Callin. I, 18 sq.

λαῷ γὰρ σύμπαντι πόθος κρατερόφρονος ἀνδρὸς
θνήσκοντος, ζώων δ' ἄξιος ἡμιθέων.

θ η η τ ὸ ς ἰδεῖν, sed libri omnes habent θνητοῖσιν, quod Osannus ita defendere studet, ut minime in θνητοῖσιν loci corruptelam versari suspicetur, sed in alia quavis voce, quum formulam ἄνδρες θνητοὶ, quae non ita frequens sit, librariorum sapientiae deberi posse veri non sit simile. Attamen ne levissimum quidem perspicio corruptelae vestigium, in ceteris huius versus vocabulis positum, quippe quae ad unum omnia prae se ferant germanitatis indicium. Sed quod bene intellexit Osannus, rarissimam esse formulam ἄνδρες θνητοὶ, id sane hanc vocem suspectam reddit. Itaque probabilis videtur sagacissima Reiskii coniectura, θηητὸς legentis

Weil noch das heitere Loos reizender Jugend ihm blüht;
Denn preiswürdig den Männern zu schaun, liebreizend den Frauen,
Ist er im Leben, und schön fiel er im Vordergefecht.
Harre denn wohl ausschreitend ein jeglicher, beide die Füsse
Fest auf die Erde gestemmt, Zähn' in die Lippe gedrückt!

pro *θνητοῖσιν*, illa quidem Brunckio, Heinrichio, Bekkero aliisque accepta. Sed cur Brunckius mox pro Codicum lectione, *ἐρατὸς δέ*, scripserit *ἐρατός τε*, minus apertum est. Desunt saltem idoneae rationes. Nimirum notione, *ἀνδράσι θηητός*, *viris conspicuus*, atque *ἐρατὸς γυναιξί*, *mulieribus amabilis*, sibi opponuntur.

Vs. 31. sq. Idem distichum in medio sententiarum decursu reperitur apud eundem Tyrtaeum 7, 21. sq. quam ob rem Brunckius extrema hac elegia omnino missum fecit eumque sequutus Franckius p. 153. cui adscriptum videtur fuisse in margine ad verba *μὴ φεύγετε* v. 20. quum alibi vix potuerit librarius hanc sibi sententiam annotare. Sed quid laboramus de doctrina marginali, minus vera quam arguta! Equidem minime perspicio, cur non Tyrtaeus vel poeta qualiscunque sententiam, loco cuidam aptissimam, eandem repetere potuerit altero loco, ubi eadem in auditorum animis spectare atque efficere sibi proposuerit. Et tantum quidem abest, ut huius distichi argumentum sententiarum tenori adversetur, ut tanquam perorationem continere videatur, qua poeta elegiae suae quasi fastigium imponat.

Vs. 31. *εὖ διαβάς*, loquutio de milite aut gladiatore firmiter, diductis, divaricatis cruribus stante. Homer. Il. *μ*, 457. sq.

στῆ δὲ μάλ' ἐγγὺς ἰών, καὶ ἐρεισάμενος βάλε μέσσας,
εὖ διαβάς, ἵνα μή οἱ ἀφαυρότερον βέλος εἴη.

cf. Causaubon. ad Theophrasti Char. p. 54. ed. Lips.

Vs. 32. *χεῖλος ὀδοῦσι δακών*, quae quidem loquutio

7.

Ἀλλ', Ἡρακλῆος γὰρ ἀνικήτου γένος ἐστέ,

θαρσεῖτ', οὔπω Ζεὺς αὐχένα λοξὸν ἔχει.

μηδ' ἀνδρῶν πληθὺν δειμαίνετε, μηδὲ φοβεῖσθε,

ἰθὺς δ' εἰς προμάχους ἀσπίδ' ἀνὴρ ἐχέτω,

ἐχθρὰν μὲν ψυχὴν θέμενος, θανάτου δὲ μελαίνας

κῆρας ὑπ' αὐγαῖσιν ἠελίοιο φίλας.

denotat hoc loco vehementiam, qua quis adversus hostem progreditur, sicut apud Homer. Odyss. α, 381. similis formula procorum iracundiam designat: οἱ δ' ἄρα πάντες ὀδὰξ ἐν χείλεσι φύντες.

Ad fragm. 7. Extat in Stobaei Florileg. L. 7. p. 352, et inscribitur Τυρταίου in Cod. A. Trinc.

Vs. 1. sq. Commata posuimus post Ἀλλ' atque ἐστί, ita ut coniungenda sint haec verba: Ἀλλὰ θαρσεῖτε, et sententia caussalis, Ἡρακλῆος γὰρ ἀνικήτου γένος ἐστί, pro parenthetica habenda. cf. Schaeferi Melet. p. 76. Matthiae Gramm. Gr. §. 615. p. 1242. Ἀλλὰ, i. e. *age, agite.* — ἀνικήτου Codd. ἀνίκητον Gesneri marg.

Vs. 2. αὐχένα λοξὸν ἔχει, proverbialis loquutio, qua significatur *Iovem oculos nondum a Lacedaemoniis deiecisse.* Theognis 535. sq.

οὔ ποτε δουλείη κεφαλὴ ἰθεῖα πέφυκεν,
ἀλλ' αἰεὶ σκολιή, καὐχένα λοξὸν ἔχει.

Vs. 4. εἰς, ita Codd. omnes, et recte quidem, pro Stephani atque Brunckii in Gnomicis lectione ἐς.

7.

Auf! das Geschlecht ja seid ihr des unbesiegten Herakles,
Vorwärts! denn noch hält Zeus nicht den Nacken gekehrt.
Banget euch nicht vor der Menge der Männer, noch fliehet erbebend;
Stracks auf die Vordersten los halte der Streiter den Schild,
Feindlich das Leben umphahend, und finsteren Keren des Todes
Unter des Helios Strahl freundlich entgegengewandt.

Vs. 6 *κῆρας ὑπ᾽ αὐγαῖσιν ἠ.* ita ex ingeniosissima Hermanni coniectura ad Viger. p. 935. maxime reposuimus. *κῆρας ἐπ᾽ αὐγαῖσιν ἠ.* Cod. B. *κῆρας αὐγαῖς ἠ.* Cod. A. Voss. *κῆρας αὐγαῖσιν* vulg. unde Grotius primum refinxit *κῆρας ὁμῶς αὐγαῖς*, quod defendit Thierschius Act. Monac. I. p. 217. II. p. 269. III. p. 264. Brunckius minori etiam mutatione Codicis B. sequutus est virum doctum in Miscell. Observatt. I. p. 128. *κῆρας ἴσ᾽ αὐγαῖσιν*, *ἴσα*, *ἴσως*, *ἐπίσης*, *instar*, *ceu*, *aeque*. Sed Homerus penultimam syllabam vocabuli *ἴσος* semper producit, quae apud Atticos demum ambigua est facta. Itaque multo probabilior est Hermanni coniectura, qui tamen nescio an immerito post *αὐγαῖσιν* inseruerit particulam *γ'*. Simile exemplum habet Philetas 13, 4.

ἔμπεδα, καὶ τοῖσιν ἄλλα προσαυξάνεται.

Optime explicat Hermannus: „Ita pugnare hortabitur, vitam spernentes, mortem autem, sub luce quidem solis, i. e. honestam, ut in pugna, expetentes, quoniam illa parum gloriosa mors est, qua quis domi suae morbo vel senio exstinguitur. Facit ad hanc rem hoc in Callini elegia v. 14.

πολλάκι δηιοτῆτα φυγὼν καὶ δοῦπον ἀκόντων
ἔρχεται, ἐν δ' οἴκῳ Μοῖρα κίχεν θανάτου.

ἴστε γάρ, ὡς Ἄρεως πολυδακρύτου ἔργ' ἀΐδηλα,
εὖ δ' ὀργὴν ἐδάητ' ἀργαλέου πολέμου·
καὶ πρὸς φευγόντων τε διωκόντων τ' ἐγένεσθε,
10 ὦ νέοι, ἀμφοτέρων δ' εἰς κόρον ἠλάσατε.
οἳ μὲν γὰρ τολμῶσι, παρ' ἀλλήλοισι μένοντες,
εἴς τ' αὐτοσχεδίην καὶ προμάχους ἰέναι,
παυρότεροι θνήσκουσι, σάουσι δὲ λαὸν ὀπίσσω·

Vs. 7. πολυδακρύτου, ita Cod. B. et Gesneri marg. πολυδακρύου vulg. Illud Homericum, πολυδάκρυος autem primum obvium apud Apollonium Rhodium. ἀΐδηλα dedimus ex Cod. Arsen. et Gesn. marg. pro vulg. ἀρίδηλα, quae quidem forma apud Homerum non obvia, sed eius loco ἀρίζηλος, ita tamen ut syllaba antepenultima semper producatur, nunquam, velut hoc loco, corripiatur. V. Buttmanni Lexilog. I. p. 254. Simonides primum fragm. 62 (65), 3. ἀρίδαλος admisit, antepenultima correpta:

τὰν δ' ἀρετὰν οἶδεν μέγα Πήλιον, ἅ τ' ἀρίδαλος ὄσσα. —

Accedit, quod eidem Marti in Iliad. ε, 757. tribuuntur ἔργ' ἀΐδηλα (vulg. καρτερὰ ἔργα.) Buttmann. l. c. p. 247. Denique Franckius recte observavit caussam fuisse afferendam, non omnino, cur fortiter sit pugnandum, sed cur spernenda vita, gloriosaque mors deligenda. „Haec vero, inquit, non potest alia esse, quam quod mors exspectanda sit iis, qui acriter hostem invadunt, neque igitur amor vitae in pugna queat cum virtute conciliari. Atque huc spectat Ἄρης πολυδάκρυτος et versus proximus:

εὖ δ' ὀργὴν ἐδάητ' ἀργαλέου πολέμου."

Denn wie gefahrvoll Ares der thränenerregende, wisst ihr,
Und wohl kennt ihr den Sturm schrecklich verwüstendes Kriegs;
Wart mit fliehenden auch und wart im Zug der Verfolger,
Jünglinge, beider Geschick habt ihr zur Gnüge versucht.
Die da muthig es wagen, gedrängt bei einander verharrend,
Zum Nähkampfe zu geh'n und in das Vordergefecht,
Deren erliegt ein geringerer Theil, und sie schirmen die Nachhut;

Sensus: *Nostis enim, quam perniciosa sint opera Martis.*

Vs. 9. *καὶ πρὸς φευγόντων*, ita Cod. B., quod Brunckius elegantius esse iudicavit. Significat *εἶναι πρός τινος*, *esse a partibus alicuius*, ut apud Herodot. I. 124. *καὶ γενόμενοι πρὸς σέο.* cf. interprett. ad Gregor. Corinth. p. 104. sqq. ed. Schaefer. Lectio vulgaris *μετὰ φευγόντων* nihil nisi illius glossema statuendum est. *παρὰ φευγόντων* habet Voss. minus apte.

Vs. 10. *ἀμφ.* — *ἠλάσατε*, ad utrorumque (et fugientium et persequentium) satietatem processistis, i. e. in utraque re, et fugiendo et persequendo, satis experti estis. Verbum *ἐλαύνειν* h. l. habet significationem intransitivam, quem ad modum in loquutione: *εἰς ταῦτ' ἤλασε μανίας.*

Vs. 11. sqq. Antiquissima sententia apud Homer. Il. ε, 529. sqq.

Ὦ φίλοι, ἀνέρες ἔστε, καὶ ἄλκιμον ἦτορ ἕλεσθε,
ἀλλήλους τ' αἰδεῖσθε κατὰ κρατερὰς ὑσμίνας.
αἰδομένων δ' ἀνδρῶν πλέονες σόοι, ἠὲ πέφανται·
φευγόντων δ' οὔτ' ἄρ κλέος ὄρνυται οὔτε τις ἀλκή.

cf. Il. ο, 561. sqq. Xenoph. Anab. III, 1, 43.

Vs. 12. *εἴς τ'*, recte Brunckius emendavit vulg. *ἔς τ'*.

τρεσσάντων δ' ἀνδρῶν πᾶσ' ἀπόλωλ' ἀρετή.

15 οὐδεὶς ἄν ποτε ταῦτα λέγων ἀνύσειεν ἕκαστα,

ὅσσ', ἢν αἰσχρὰ πάθῃ, γίγνεται ἀνδρὶ κακά.

ἀργαλέον γὰρ ὄπισθε μετάφρενόν ἐστι δαΐζειν

ἀνδρὸς φεύγοντος δηΐῳ ἐν πολέμῳ.

αἰσχρὸς δ' ἐστὶ νέκυς κατακείμενος ἐν κονίῃσιν,

Vs. 14. πᾶσ' ἀπόλωλ' in Cod. A corruptum legitur πᾶσ πώλετο. — πᾶσα ἀρετή, *omnis fortitudo* sive *bellica virtus*, non *omnis praestantia*, ut male interpretatus est Franckius p. 155. ad instar sententiae Homericae: φευγόντων δ' οὔτ' ἄρ κλέος ὄρνυται οὔτε τις ἀλκή.

Vs. 15. sq. Hoc distichum Franckius p. 154. frigidum habet et ieiunum ideoque interpolatum. Audis Pythiam tripodi insidentem. Primum, ut sententiam suam firmaret, Franckius male interpretatus est loquutionem praecedentem: πᾶσ' ἀπόλωλ' ἀρετή, deinde αἰσχρὰ παθεῖν negat esse *fugere* simpliciter, sed *ignominiam sibi fuga contrahere*. Recte autem animadvertit Matthiaeus hoc sensu *sua culpa sibi aliquid contrahendi* πάσχειν nunquam usurpari, sed αἰσχρὰ παθεῖν esse idem quod αἰσχρῶς ἀγωνίζεσθαι, *animo molli et ignavo pugnare*, et hinc *vinci*, ita tamen ut verbo πάσχειν indicet poeta hanc ignaviam non sponte suscipi, sed ex animo a timore victo oriri. „Ita recte explicato loco concidit tota ratiocinatio, qua versus 15. 16. a rhapsodo additos, non a Tyrtaeo profectos, demonstrare voluit.“ —

Vs. 16. Quod vulgo legitur, ἂν-πάθῃ, emendandum est ἢν-πάθῃ, auctoribus potissimum Valckenario et Thierschio Brunckius, quum ἂν metro adversaretur, scripsit ἐάν, quod Atticum est, non epicum neque elegiacum. Sed addit

Doch Zaghaftigen welkt jegliche Tugend
dahin.
Keiner wohl könnte sie alle zu End' ausnennen
die Uebel,
Welche betreffen den Mann, wenn er der
Schmach sich ergibt.
Denn schwer lastet der Schimpf, wenn zwischen
den Schuldern getroffen
Sinkt der entfliehende Mann mitten in feindlicher Schlacht.
Schmachvoll liegt in dem Staube gestreckt der
entseelete Leichnam.

Schaeferus in Gnomicorum editione: „Brunckius ἂν pro ἐὰν dictum corripi credidit. Idem aliis visum: sed sunt qui praefracte negent; quo iure, ipsi viderint. Monui de hac re in Ind. ad Odyss. p. 147. Nunc addo ex Antholog. Palat. T. II. p. 343. n. 74. v. 9. ὄξος ἂν αἰτήσω." — Cod. B. suprascriptum habet lectionem κακῷ pro κακά. Valckenarius, Gaisfordio referente, totum versum ita corrigere studuit: ὅσσ' ἦν (vel ἐὰν) αἰσχροπαθῇ, γίγνεται ἀνδρὶ κακά. Vel potius: Ὅσσα περ αἰσχρὰ παθεῖν γίγνεται ἀνδρὶ κακῷ. Sed utrumque sine iusta ratione.

Vs. 17. Singularis est hoc loco usus infinitivi δαΐζειν, cuius eadem est vis ac potestas, qua fungitur Latinorum Supinum (in *u*) in verbis transitivis. Explica: Ἀργαλέον ἐστὶ δαΐζειν μετάφρενον ἀνδρὸς φεύγοντος, *Grave est vulneratu terga viri fugientis*, i. e. si *terga vulnerantur*, vel: *si quis terga vulnerat.* Legem huius infinitivi proposuit et similia exempla contulit G. Bernhardyus in Syntaxi linguae Graecae Germanice scripta p. 360. Itaque operam perdidit Franckius, qui in proximo versu reponendum statuerit esse δήιον ἐν πολέμῳ pro lectione omnium librorum δηΐῳ ἐν πολέμῳ.

V. 19. αἰσχρὸς, lectio omnium librorum MSS., quam Brunckius exterminavit in eiusque loco posuit αἰσχρὸν, ex

20 νῶτον ὄπισθ᾽ αἰχμῇ δουρὸς ἐληλαμένος.
ἀλλά τις εὖ διαβὰς μενέτω ποσὶν ἀμφοτέροισιν
στηριχθεὶς ἐπὶ γῆς, χεῖλος ὀδοῦσι δακών,
μηρούς τε κνήμας τε κάτω καὶ στέρνα καὶ ὤμους
ἀσπίδος εὐρείης γαστρὶ καλυψάμενος.
25 δεξιτερῇ δ᾽ ἐν χειρὶ τινασσέτω ὄβριμον ἔγχος,
κινείτω δὲ λόφον δεινὸν ὑπὲρ κεφαλῆς·
ἔρδων δ᾽ ὄβριμα ἔργα διδασκέσθω πολεμίζειν,
μηδ᾽ ἐκτὸς βελέων ἑστάτω ἀσπίδ᾽ ἔχων·
ἀλλά τις ἐγγὺς ἰών, αὐτοσχεδὸν ἔγχεϊ μακρῷ

Trinc. et Gesneri Marg. quod Franckius etiam exquisitius existimavit. Sed alia est quaestio, num quid verius an exquisitius sit. — *κατακείμενος* in A. corruptum legitur *καγκείμενος*.

Vs. 21. sq. De hoc disticho vide ad fragm. 6, 31. sq. Huc respicere videtur Plato de Legg. I. p. 630. *διαβάντες δ᾽ εὖ καὶ μαχόμενοι ἐθέλοντες ἀποθνήσκειν ἐν τῷ πολέμῳ, φράζει Τύρταιος τῶν μισθοφόρων εἰσὶ πάμπολλοι, ὧν οἱ πλεῖστοι γίγνονται θρασεῖς κ. τ. λ.*

Vs. 24. *γαστρὶ*, ita recte habent libri plerique, ut denotetur scuti forma convexa, qualis fere est ventris humani. Contra Voss. Arsen. *δουρὶ*. —

Vs. 25. *ὄβριμον*, ita Codices praeter Arsen. omnes, qui exhibet *ὄμβριμον*. Similiter versu 27. Voss Arsen. habent

Welchem die Spitze des Speers drang durch den Rücken hindurch.
Harre denn wohl ausschreitend ein jeglicher, beide die Füsse
Fest auf die Erde gestemmt, Zähn' in die Lippe gedrückt,
Hüften sodann und die Schenkel hinab und die Brust und die Schultern
Mit des geräumigen Schilds Bauche bedeckend zugleich;
Und mit der Rechten entschwing' er sofort die gewaltige Lanze,
Und er errege den Busch fürchterlich über dem Haupt;
Uebergewaltige Thaten bestehend erlern' er zu kriegen,
Und nicht fern dem Geschoss steh' er, den Schild in dem Arm;
Sondern hervor nun schreitend und nah mit dem Schwerte verwundend

ὄμεβριμα, celeri ὄβριμα, quae quidem forma utroque loco retinenda. V. ad Callini fragm. 2.

Vs. 27. πολεμίζειν cum optimis libris scribendum, cui etiam suffragatur quod Voss. compendio expressit πολεμίζ~. Arsen. πολεμίζων.

Vs. 28. ἑστάτω in A. corruptum ἑστάτ'.

Vs. 29—34. Haec disticha Franckius iterum ὀβελίζει, primum quia distichum 29. 30. repetitum sit e v. 21. deinde versus 31—34. lusum contineant a simplicitate antiqui poetae quam maxime abhorrentem. Sed audi, quam ridicule pergat ipse: Erunt fortasse, quibus e contrario hi versus omnium maxime placeant. Sed hi diffidant velim sensui suo cett.“ Suo quisque sane fruatur sensu, neve Franckius

30 ἢ ξίφει οὐτάζων, δήιον ἄνδρ' ἑλέτω·

καὶ πόδα πὰρ ποδὶ θείς, καὶ ἐπ' ἀσπίδος ἀσπίδ' ἐρείσας,

ἐν δὲ λόφον τε λόφῳ καὶ κυνέην κυνέῃ

καὶ στέρνον στέρνῳ πεπλημένος, ἀνδρὶ μαχέσθω,

ἢ ξίφεος κώπην ἢ δόρυ μακρὸν ἑλών.

35 ὑμεῖς δ', ὦ γυμνῆτες, ὑπ' ἀσπίδος ἄλλοθεν ἄλλος

πτώσσοντες, μεγάλοις βάλλετε χερμαδίοις,

opinetur suum sensum unice esse sincerum. Iudices vero, qui minus olent rhapsodos et interpolatores, in his ipsis versibus spiritum deprehendent furori bellico aptissimum, quos quidem versus probabiliter censet Thierschius fluxisse ex Homeri Il. ν, 128. sqq.

> οἱ γὰρ ἄριστοι
> κριθέντας Τρῶάς τε καὶ Ἕκτορα δῖον ἔμιμνον
> φράξαντες δόρυ δουρί, σάκος σάκεϊ προθελύμνῳ·
> ἀσπὶδ' ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ' ἀνήρ.

Iam circumspiciat Franckius, ne ludentem quoque sibi fingat Homerum. Singula, quae praeterea affert, tam ieiuna tamque sensu poetico indigna sunt, ut ne verbum quidem amplius addam. Paucis functus est etiam Matthiaeus, Franckium ipsum perstringens tanquam sensui suo minime diffisum. Sed apage poetarum iudices, *οἰομένους τι εἰδέναι, οὐκ εἰδότας.*

Vs. 32. Particula *δέ* pertinet ad participium, quod sequitur, *πεπλημένος*, veluti *τε* respondet *καί*. Itaque *δέ* totam sententiam coniungit cum praecedentibus, *τε* autem

Oder dem mächtigen Speer, greif' er den feindlichen Mann;
Und Fuss pressend an Fuss, und den Schild andrängend dem Schilde,
Flatternden Busch an den Busch, Helm auch dem Helme gereiht,
Und mit der Brust anschlagend die Brust, obsieg' er dem Feinde,
Schwingend empor Schwertgriff oder den mächtigen Schaft.
Ihr dann, rüstige Knappen, der andere hinter dem Schilde
Anderer niedergeduckt, werfet mit grobem Gestein,

singula vocabula λόφον et κυνέην. Particula ἐν adverbialiter explicanda significat *in superiori hominis parte*, Germanice *drauf*, *oben*.

Vs. 33. πεπληημένος, ita optime correxit Brunckius, quod in omnibus libris scribitur πεπαλημένος, nemini unquam, nisi Oedipo, explicandum. Sed falsam interpunctionem admisit Brunckius eumque sequutus Franckius, comma ponentes post στέρνῳ, ita ut πεπλημένος referatur ad μαχέσθω. Explica: πεπλημένος λόφον λόφῳ καὶ κυνέην κυνέῃ καὶ στέρνον στέρνῳ, μαχέσθω ἀνδρί.

Vs. 35. γυμνῆτες, i. e. ψιλοί, qui non fuerunt induti armis militaribus, ideoque tanquam *nudi*, iustis militibus oppositi. V. Mülleri Dor. II. p. 55. sq.

Vs. 36. βάλλετε, quod quum omnes praebeant Codices, nescio, cur cesserit Stephani coniecturae σφάλλετε, quae quidem, si in libris MSS. reperiatur, neminem offendat, iam vero legitima auctoritate destituta non debet exterminare lectionem antiquitus nobis traditam.

δούρασί τε ξεστοῖσιν ἀκοντίζοντες ἐς αὐτούς,

τοῖσι πανοπλίταις πλησίον ἱστάμενοι.

8.

Οὔτ' ἂν μνησαίμην, οὔτ' ἐν λόγῳ ἄνδρα τιθεί-
μην,

Vs. 37. „Libri *ἀκοντίζοντες ἐς αὐτούς*. In quos vero? Nempe in hostes. Audio. Sed doceri velim *κατ' ἐξοχὴν* dici posse *αὐτούς*. Nam antea facta non erat hostium ulla mentio, ad quam *αὐτούς* possit referri. Corrigo:

δούρασί τε ξεστοῖσιν ἀκοντίζοντες ἐς ἄκρους,

in principes, in duces. Ita Euripides Phoeniss. v. 440. ed. Porson.

πολλοὶ δὲ Δαναῶν καὶ Μυκηναίων ἄκροι
πάρεισι, etc." — FRANCKIUS.

Rursus habes iudicem pedestrem. Hostes enim, quos aut animo aut oculis prae se conspexit poeta, et una cum poeta iuvenes audientes satis cognitos habuerunt, non opus erat, ut ille ipsos nomine designaret, in quos tela atque hastas coniicerent *γυμνῆτες*, sed sufficiebat, ut pronomine tantum monstraret *αὐτούς*, vi quadam atque emphasi pronuntiandos: id quod non solum poetis, sed cuilibet in vividiore sermonis habitu accidere solet. Sic in omnium ore versatur Pythagoricorum de praeceptore illud dictum: *Αὐτὸς ἔφα.*

Vs. 38. *τοῖσι πανοπλίταις*, ita legendum ex Cod. B et Gesneri marg. *τοῖσι πανοπλίοισι* Cod. A. Voss. Trinc. quod quidem duplici modo metricis legibus adversatur, primum quia syllaba antepenultima corripitur, quamvis metrum flagitet productam, deinde quia ultima prorsus abundat. Alii habent *πανοπλίοις*, quod eodem illo morbo metrico laborans ne Graecum quidem est. Itaque Stephanus, quem temere sequutus est Klotzius, coniecit *πανοπλίαις*, abstractum pro concreto. Sed eiusmodi emendationem hodie nemo desidera-

Und mit geglättetem Schaft im Wurfe erzielend die Feinde,
Schliesset euch nahe gedrängt an die Geharnischten an.

8.

Nie wohl möcht' ich gedenken des Manns, noch in Achtung ihn halten,

bit. — In vocabulo, quod sequitur, paullo negligentius lectionis diversitatem indicavit Gaisfordius: πλησίον] ἔγγυθεν. ita ut pro certo affirmare nequeas, in quibusnam Codicibus una aut altera reperiatur lectio. Id quidem Brunckius memoriae prodidit ἐγγύθεν esse in Cod. B. Et quoniam Gaisfordius πλησίον in ordinem recepit, hinc concludere licet id vocabulum in ceteris extare codicibus, unde contra Brunckii auctoritatem reponendum videtur. Satis enim probabiliter demonstravit Franckius vocem ἐγγύθεν glossematis instar huc transferri potuisse ex fragm. 8, 12.

Ad fragm. 8. Exstat in Stobaei Florileg. LI, 1. p. 353. sq. inde a versu 1. usque ad versum 14. ibid. LI, 5. p. 354. vers. 15—44. Priori loco inscriptio Τυρταίου reperitur in Cod. A. et Trinc. Altero loco Trinc. suppeditat lemma Τυρταίου, deest autem in Cod. A. Singularem titulum Ἡρωελεγεῖα habet Voss.

Vs. 1. sqq. Similis sententia est apud Theognidem 713. sqq.

οὐδ' εἰ ψεύδεα μὲν ποιοῖς ἐτύμοισιν ὁμοῖα,
γλῶσσαν ἔχων ἀγαθὴν Νέστορος ἀντιθέου,
ὠκύτερος δ' εἴησθα πόδας ταχεῶν Ἁρπυιῶν
καὶ παίδων Βορέω, τῶν ἄφαρ εἰσὶ πόδες.

cf. Xenophan. ap. Athen. X, 6. p. 414 —

Vs. 1. Laudatur hic versus a Platone de Legg. I. p. 629. A. II. p. 660. E. hoc modo: Οὔτ' ἂν μνησαίμην, οὔτ' ἐν

οὔτε ποδῶν ἀρετῆς, οὔτε παλαισμοσύνης,

οὐδ' εἰ Κυκλώπων μὲν ἔχοι μέγεθός τε βίην τε,

νικῴη δὲ θέων Θρηΐκιον Βορέην,

λόγῳ ἄνδρα τιθείμην. Pro ἐν λόγῳ in Stobaei Cod. A. et Trinc. perperam legitur ἂν λόγῳ. Pro τιθείμην in omnibus Stobaei libris extat τιθείην, quarum formarum non infrequentem in libris commutationem ostendit Valckenarius ad Euripid. Phoeniss. p. 189. b. Idem Valckenarius ad Herodot. II, 141. p. 172. ex Platone primus restituit τιθείμην, eumque sequuti sunt Brunckius atque Franckius. Contra activo non offenditur Porsonus ad Euripid. Med. 542. neque Thierschius Act. Monac. III. p. 630. — „Hic et post Wakefieldius Silv. crit. III. p. 26. tentavit nonnulla, a quibus manum vellem abstinuisset.“ SCHAEFER.

Vs. 2. παλαισμοσύνης, vulg. quod corruptum, παλαιμοσύνης, suppeditant A. Trinc. παλαισμοσύνη, i. q. πάλη, reperitur etiam in Homeri Il. ψ, 701. Od. θ, 103. 126.

Vs. 3. ἔχοι, ita legendum hoc loco et versu 9. propter reliquos optativos. Perperam ἔχει A. Voss.

Vs. 4. θέων, a verbo θέω, quod B. pessime scribit θεῶν.

Vs. 5—10. Franckius p. 161. sq. hos versus interpolatos esse censet, improbante Welckero ad Theognid. 501. p. 107. Primum Franckius versus 9. et 10. plus quam suspectos habet, propterea quod optimi et antiquissimi poetae elegiaci aegre sententiam hexametro terminent. Quod tamen fallacissimum est argumentum, Mimnermo, Solone, Theognide aliisque poetis elegiacis auctoribus. Sed, Matthiaeo observante p. 237. ne verum est quidem sententiam hexametro terminari: versu enim 10. parenthesi incluso, ita cohaerent

Sei es um rührigen Fuss, oder um Ringergeschick,
Auch nicht, wenn er besässe die Grösse und Kraft der Kyklopen,
Und obsiegte im Lauf Boreas' Thrakischem Fuss,

verba: οὐδ' εἰ πᾶσαν ἔχοι δόξαν, πλὴν θούριδος ἀλκῆς, εἰ μὴ τετλαίη μὲν ὁ. κ. τ. λ. Atque certissimum integritatis monumentum suppeditat Plato de Legg. I. p. 629. A. ὃς [Τύρταιος] δὴ μάλιστα ἀνθρώπων περὶ ταῦτα ἐσπούδακεν, εἰπών, ὅτι

οὔτ' ἂν μνησαίμην, οὔτ' ἐν λόγῳ ἄνδρα τιθείμην,

οὔτ' εἴ τις πλουσιώτατος ἀνθρώπων εἴη, φησίν, οὔτ' εἰ πολλὰ ἀγαθὰ κεκτημένος εἰπὼν σχεδὸν ἅπαντα, ὃς μὴ περὶ τὸν πόλεμον ἄριστος γίγνοιτ' αἰεί. Vides Platonem in Tyrtaei carminibus legisse versus 5—8. quos intempestivum Franckii acumen a rhapsodo quodam additos esse arbitratur, ita ut interpolationem illam Platone etiam antiquiorem esse sibi persuaserit. Fugit Franckium alter Platonis locus de Legg. II. p. 660. E. quo poetae sententia accuratius exponitur: Τοὺς ποιητὰς ἀναγκάζετε λέγειν, ὡς ὁ μὲν ἀγαθὸς ἀνὴρ, σώφρων ὢν καὶ δίκαιος, εὐδαίμων ἐστὶ καὶ μακάριος, ἐάν τε μέγας καὶ ἰσχυρὸς, ἐάν τε σμικρὸς καὶ ἀσθενὴς ᾖ, καὶ ἐὰν πλουτῇ καὶ μή· ἐὰν δὲ ἄρα πλουτῇ μὲν Κινύρα τε καὶ Μίδα μᾶλλον, ᾖ δὲ ἄδικος, ἄθλιός τ' ἐστὶ καὶ ἀνιαρῶς ζῇ. καὶ, Οὔτ' ἂν μνησαίμην, φησὶν ὑμῶν ὁ ποιητὴς, εἴπερ ὀρθῶς λέγει, οὔτ' ἐν λόγῳ ἄνδρα τιθείμην, ὃς μὴ πάντα τὰ λεγόμενα καλὰ μετὰ δικαιοσύνης πράττοι καὶ κτῷτο, καὶ δὴ καὶ δηίων τοιοῦτος ὢν, ὀρέγοιτο ἐγγύθεν ἱστάμενος, ἄδικος δὲ ὢν μήτε τολμῷ ὁρᾶν φόνον αἱματόεντα, μήτε νικῷ θέων Θρηίκιον Βορέην, μήτε ἄλλο αὐτῷ μηδὲν τῶν λεγομένων ἀγαθῶν γίγνοιτό ποτε. —

5 οὐδ' εἰ Τιθωνοῖο φυὴν χαριέστερος εἴη,
πλουτοίη δὲ Μίδεω καὶ Κινύραο πλέον,
οὐδ' εἰ Τανδαλίδεω Πέλοπος βασιλεύτερος εἴη,
γλῶσσαν δ' Ἀδρήστου μειλιχόγηρον ἔχοι,
οὐδ' εἰ πᾶσαν ἔχοι δόξαν, πλὴν θούριδος ἀλκῆς,
10 (οὐ γὰρ ἀνὴρ ἀγαθὸς γίγνεται ἐν πολέμῳ,)
εἰ μὴ τετλαίη μὲν ὁρῶν φόνον αἱματόεντα,
καὶ δηίων ὀρέγοιτ', ἐγγύθεν ἱστάμενος.
ἡ δ' ἀρετή, τό τ' ἄεθλον ἐν ἀνθρώποισιν ἄριστον

Vs. 5. χαριέστερος, Codd. omnes. χαριέστατος Trinc.

V. 6. κινυρέοιο μᾶλλον] κινύραο πλέον B. κινύρεω βάθιον Camerarius in margine Gesneri. GAISFORD. Certissima sane habenda esset Camerarii coniectura marginalis, si quidem lectio, quam Hertelius et Wintertonus indicant, κινύρεω βάθον, re vera ex Codicibus deprompta esset; quod tamen vix crediderim, quoniam Gaisfordius nullam illius ex Codicibus mentionem facit. Itaque tutius videretur adhuc retinere lectionem codicis B.

Vs. 8. In Platonis Phaedro p. 269. A. ad hunc versum respicitur: Τί δαί; τὸν μελίγηρον Ἄδραστον οἰόμεθα κ. τ. λ. quod bene vidit Heindorfius p. 347. Sicut Tyrtaeus Adrasti, ita Theognis l. c. Nestoris celebrat dulcem facundiam.

Vs. 9. πλὴν omisit B.

Vs. 11. sq. Hoc distichum in suum usum convertit Plato de Legg. I. p. 629. E. εἴρηκας γοῦν ὧδε ἐν τοῖς ποιη-

Noch auch wenn er an Wuchs liebreizender wär' als Tithonos,
Reicher als Midas sogar, oder als Kinyras selbst,
Ragt' er als König hervor über Tantalos' Sohn, über Pelops,
Hätt' er den süssen Gesang, welchen Adrastos gehegt,
Hätt' er auch jeglichen Ruhm, nur des Kriegs anstürmende Kraft nicht,
(Denn als ein rüstiger Mann zeigt er sich nie in der Schlacht)
Wenn er nicht muthig ertrüg' blutträufenden Mord zu erblicken,
Und losstürmt' auf den Feind, neben ihm stehend zum Streit.
Das zeigt männliche Kraft, ist den Menschen der köstlichste Kampfpreis,

μασιν ὡς οὐδαμῶς τοὺς τοιούτους ἀνεχόμενος, Οἳ μὴ τολμήσωσι μὲν

ὁρᾶν φόνον αἱματόεντα,
καὶ δηΐων ὀρέγοιντ', ἐγγύθεν ἱστάμενοι.

Sed idem II. p. 661. A. singularem numerum retinuit: *ὀρέγοιτο — ἱστάμενος*, atque participium *ὁρῶν*. — In Stobaei Trinc. perperam legitur *μήτε τλαίη*, atque in Cod. A. m. p. *πόνον* pro *φόνον*, quod quidem illo verius esse praeter ceteros Stobaei libros demonstrat Plato l. c. Coniunge *ὀρέγοιτο δηΐων*, i. e. *adversus hostes manus extenderet*, interficiendi caussa, ita ut *ἐγγύθεν ἱστάμενος* pro appositione accipiendum sit. cf. Matthiae Gramm. Gr. II. p. 661. §. 350.

Vs. 13. Apud Stob. *τόδ' ἄεθλον — ἄριστον* Vulg. *τόγ' ἄριστιν — ἄεθλον* B. Apud Theognidem 1003. *τὸ δ' ἄεθλον — ἄριστον*, quae quidem verborum dispositio, quum maiore nitatur auctoritate, praeferenda est. Sed bene perspexit

κάλλιστόν τε φέρειν γίγνεται ἀνδρὶ νέῳ.

15 ξυνὸν δ' ἐσθλὸν τοῦτο πόληΐ τε παντί τε δήμῳ,

ὅστις ἀνὴρ διαβὰς ἐν προμάχοισι μένῃ,

νωλεμέως, αἰσχρᾶς δὲ φυγῆς ἐπὶ πάγχυ λάθηται,

ψυχὴν καὶ θυμὸν τλήμονα παρθέμενος,

θαρσύνῃ δὲ πεσεῖν τὸν πλησίον ἄνδρα παρεστώς·

20 οὗτος ἀνὴρ ἀγαθὸς γίγνεται ἐν πολέμῳ.

αἶψα δὲ δυςμενέων ἀνδρῶν ἔτρεψε φάλαγγας

τρηχείας, σπουδῇ δ' ἔσχεθε κῦμα μάχης.

Franckius ineptam esse utramque lectionem, et τό γ' et τὰ δ', cuius vice sagaciter reposuit τό τ' ubi particula τε respondeat sequenti κάλλιστόν τε φέρειν, suffragante etiam Welckero ad Theognid. p 137. Atque ita quidem pari probabilitate exponit Franckius: „Dixerat enim Tyrtaeus ne mentione quidem dignum esse virum, nisi caedem cruentam aspicere cominusque pugnare audeat, iamque sic pergit: *Haec vero est ea virtus, quae et optimum inter homines praemium est, et pulcherrimum, quod iuvenis possit attingere.*

Vs. 14. Pro νέῳ, quod unice verum in elegia bellica, apud Theognidem legitur σοφῷ, quod ita ortum esse videtur, ut Graeculum illum, qui Tyrtaei disticha cum Theognideis consarcinavit, vocabulum ἀρετὴ ethica significatione accepisse ponamus.

Vs. 16. ὅστις ἀνὴρ, in hac lectione consentiunt Stobaei et Theognidis libri, quae tamen offendit Uptonum, nescio quem, a Gaisfordio laudatum, in *Critical observations upon*

Und als den edelsten Lohn stellt er dem Jüngling sich dar.
Ja ein gemeinsames Gut gilt jener der Stadt und dem Volke,
Der ausschreitend ein Mann harret im Vordergefecht,
Rastlos, ganz ungedenk schmachbringender Flucht aus der Feldschlacht,
Und der Leben und Blut muthig zu opfern vermag,
Und nahstehend dem anderen Mann ihn ermuntert zu fallen:
Also bestehet ein Mann wacker und kühn in dem Krieg.
Hurtig verscheucht er die Schaaren der feindlich gemutheten Männer,
Starrende, und mit Geschick dämmt er die Woge der Schlacht.

Shakspeare p. 236. conficientem *ὅστις ἂν εὖ*, sine iusta ratione.

Vs. 17. *αἰσχρᾶς*] *αἰσχρ* A. (with *οι* written above)

Vs. 19. sq. Hoc distichum Franckius iterum obelo notavit, propterea quod ei laborare videtur iisdem vitiis hexametri claudentis sententiam languidique pentametri, ne quid dicat de usu articuli non satis Homerico. Hoc argumentum partim absurdum est, ut suus quemque docet sensus, partim non verum. De articulo ne in Homericis quidem carminibus nimis offendente vide Matthiae Gramm. Gr. p. 541. sqq. — Particulam *δὲ* post *θαρσύνῃ* omittit *Voss.* Pro *οὗτος* Trinc. habet *οὕτως*.

Vs. 22. *σπουδῇ δ' ἔσχεθε* dedimus, et vulgatam et Codicis A lectionem sequuti: *σπουδῇ τ' ἔσχεθε* vulg. *σπουδῇ δ' ἔχεσχε* A. quod metro repugnat. Similiter Homer. Il. ν, 687. *σπουδῇ ἐπαΐσσοντα νεῶν ἔχον.*

αὐτὸς δ' ἐν προμάχοισι πεσὼν φίλον ὤλεσε θυμόν,
ἄστυ τε καὶ λαοὺς καὶ πατέρ' εὐκλεΐσας,
25 πολλὰ διὰ στέρνοιο καὶ ἀσπίδος ὀμφαλοέσσης
καὶ διὰ θώρηκος πρόσθεν ἐληλαμένος.
τὸν δ' ὀλοφύρονται μὲν ὁμῶς νέοι ἠδὲ γέροντες,
ἀργαλέῳ τε πόθῳ πᾶσα κέκηδε πόλις.
καὶ τύμβος καὶ παῖδες ἐν ἀνθρώποις ἀρίσημοι
30 καὶ παίδων παῖδες καὶ γένος ἐξοπίσω.
οὐδέποτε κλέος ἐσθλὸν ἀπόλλυται οὐδ' ὄνομ' αὐτοῦ,
ἀλλ' ὑπὸ γῆς περ ἐών, γίγνεται ἀθάνατος,
ὅντιν' ἀριστεύοντα μένοντά τε μαρνάμενόν τε
γῆς πέρι καὶ παίδων θοῦρος Ἄρης ὀλέσῃ.

Vs. 25. Pro διὰ A. δὲ, quod nihil est nisi error librarii.

Vs. 26. πρόσθεν ἐληλαμένος, in antica parte percussus, unde apparet illum fronte adversa cum hostibus pugnasse, neque in fugam se coniecisse.

Vs. 27. sq. Eandem sententiam Callin. 1, 17. sqq. ita expressit:

τὸν δ' ὀλίγος στενάχει καὶ μέγας, ἤν τι πάθῃ.
λαῷ γὰρ σύμπαντι πόθος κρατερόφρονος ἀνδρὸς
θνήσκοντος, ζώων δ' ἄξιος ἡμιθέων.

Vs. 29. Similiter fere Pericles in oratione funebri apud

Doch wenn er selbst nun sinkend im Vorder-
gefechte dahinstarb,
Hebet er hoch sein Volk, Vater und hei-
misches Land,
Häufig von feindlichen Waffen an Brust und
genabeltem Schilde
Und durch den Panzer hindurch vorne ge-
troffen am Leib.
Aber um ihn wehklagen die Jünglinge gleich-
wie die Greise,
Und sehnsüchtig umher stöhnet entsetzlich
die Stadt.
Und hell strahlet das Grab und die Kinder ihm
unter den Menschen
Und Kindskinder und nachblühendes Fol-
gegeschlecht.
Nimmer vergeht sein trefflicher Ruhm, nie welckt
ihm der Name,
Sondern im Grabe sogar lebet unsterblich
er fort,
Den, da er herrlich vor allen im Kampf aus-
harrte, verfechtend
Kinder und heimisches Land, Ares der Stür-
mer erlegt.

Thucyd. II, 43. *κοινῇ γὰρ τὰ σώματα διδόντες, ἰδίᾳ τὸν ἀγήρων ἔπαινον ἐλάμβανον καὶ τὸν τάφον ἐπισημότατον, οὐκ ἐν ᾧ κεῖνται μᾶλλον, ἀλλ' ἐν ᾧ ἡ δόξα αὐτῶν παρὰ τῷ ἐντυχόντι ἀεὶ καὶ λόγου καὶ ἔργου καιρῷ ἀείμνηστος καταλείπεται.*

Vs. 33. sq. Franckius hoc quoque distichum cancellis inclusit, neque aliam ob caussam, nisi quod ipsi versus otiosi videntur, quibus immane quantum enervetur oratio, et propter homoeoteleuta. Sed multo magis otiosus Franckii *ὀβελισμός*.

εἰ δὲ φύγῃ μὲν κῆρα τανηλεγέος θανάτοιο,

35 νικήσας δ' αἰχμῆς ἀγλαὸν εὖχος ἕλῃ,

πάντες μιν τιμῶσιν ὁμῶς νέοι ἠδὲ παλαιοί,

πολλὰ δὲ τερπνὰ παθὼν ἔρχεται εἰς Ἀΐδην.

πάντες δ' ἐν θώκοισιν ὁμῶς νέοι οἵ τε κατ' αὐτὸν

Vs. 35. εἰ δὲ φύγῃ, ita Codd. omnes. Brunckius propter coniunctivos, qui sequuntur, correxit ἤν, qua tamen emendatione non magis opus est, quam apud Callin. 1, 13. cf. Bastii Epist. crit. p. 127. sqq. ed. Lips.

Vs. 36. Pro ἕλῃ B habet ἔχῃ.

Vs. 37. μιν omittit A.

Vs. 39 — 42. Hos versus Franckius a rhapsodo quodam suppositos esse dicit, quod ei assentitur etiam Matthiaeus. Et Franckius quidem: „Sed confido, inquit, si quis hactenus totum carmen, quemadmodum olim erat ab ipso Tyrtaeo factum, attente perlegerit, neque sit ingenio tam obtuso, ut mediocrem poetam a Tyrtaeo discernere nequeat, hunc semel monitum facile intellecturum, antiquitus finitum fuisse carmen v. 38.

πολλὰ δὲ τερπνὰ παθὼν ἔρχεται εἰς Ἀΐδην.

Adeo dehinc remissa sunt omnia, deficiunt ab antecedentium gravitate. Nec bene cohaerent sententiae." cett. Haec primo aspectu satis probabiliter disputata esse videntur, praesertim quum iidem vere versus reperiantur apud Theognidem 933 sqq. ubi cum praecedentibus artius coniuncti sunt:

παύροις ἀνθρώπων ἀρετὴ καὶ κάλλος ὀπηδεῖ·

ὄλβιος, ὃς τούτων ἀμφοτέρων ἔλαχεν.

πάντες μιν τιμῶσιν· ὁμῶς νέοι οἵ τε κατ' αὐτὸν

χώρης εἴκουσιν, τοί τε παλαιότεροι.

γηράσκων ἀστοῖσι μεταπρέπει, οὐδέ τις αὐτὸν

βλάπτειν οὔτ' αἰδοῦς οὔτε δίκης ἐθέλει.

Doch wenn dem Loos er entronnen des langhinstreckenden Todes,
Und sieghaftig des Speers glänzenden Ruhm sich erwarb,
Ehren ihn alle zumal, die Jünglinge gleichwie die Greise,
Und viel blüht ihm der Lust, eh' er zum Aïdes geht:
Alle zusammt auf den Sitzen die Jünglinge gleichwie der Mitwuchs

Nimirum apud Theognidem οἱ παλαιότεροι opponuntur τοῖς νέοις sive τοῖς κατ' αὐτόν, i. e. *aequalibus*, qui mediam quandam inter iuvenes atque senes aetatem obtinuisse videntur: sed apud Tyrtaeum, ut recte interpretatur Franckius, οἱ παλαιότεροι intelligendi sunt *sene seniores*, quam quidem absurdae sententiae interpretationem vere postulat distichum antecedens. Itaque Franckius istos versus interpolatos esse censet, cique indulgens Welckerus ad Theognid. p. 137. „Habes, inquit, apud Theognidem seriam Tyrtaei *seu potius rhapsodi illius* versuum parodiam." Recte quidem in versibus Theognideis parodiam perspexisse videtur; sed Tyrtai, qui vulgo feruntur, versus a rhapsodo quodam profectos esse parum probabile videbitur, si Thirschii viam inieris, quippe qui Act. Monac. III. p. 636. accutissime docuerit utrumque distichum esse transponendum: „In vulgatis distichon πάντες δ' ἐν θώκοισι κ. τ. λ. postpositum est alteri Γηράσκων δ' ἀστοῖσι κ. τ. λ. manifesto errore. Nam post Γηράσκων non possunt inferri οἱ παλαιότεροι, qui ipsi loco cedant. Contra si transpositionem admittas, virum habes, cui iuvenes, aequales, seniores cedunt, et qui ipse senex factus magno honore floret, quae concinna et apta oratio est." Quam quidem transpositionem esse verissimam luce clarius demonstrat Theognidis locus in omnibus libris iam ita comparatus, ut Thierschius Tyrtaeum quoque transponendum esse iubet. Ut denique intolerandum tautologiae crimen Tyr-

40 εἴχουσ' ἐκ χώρης οἵ τε παλαιότεροι·

γηράσκων δ' ἀστοῖσι μεταπρέπει, οὐδέ τις αὐτὸν

βλάπτειν οὔτ' αἰδοῦς οὔτε δίκης ἐθέλει.

ταύτης νῦν τις ἀνὴρ ἀρετῆς εἰς ἄκρον ἱκέσθαι

πειράσθω θυμῷ, μὴ μεθιεὶς πόλεμον.

taeo auferamus, id modo observandum est, versibus 23. et 24. sententiam generalem esse pronuntiatam, quam in sequentibus distichis nunc demum transpositis accuratius expositam et in singulas partes distributam esse conspicimus.

Vs. 40. εἴχουσ' ἐκ χώρης, ita omnes Stobaei libri. Apud Theognidem χώρης εἴκουσιν A. quod receperunt Bekkerus et Welckerus; cui lectioni favet etiam χώροις εἴκουσιν in K. O. — εἴκουσι χώροις F. L. εἴκουσιν (vel εἴκουσι) χώρης ceteri Codd. a Bekkero consulti. Vulgo apud Lacedaemonios senioribus locum dabant iuniores, Herodoto auctore II, 80. Συμφέρονται δὲ καὶ τόδε ἄλλο Αἰγύπτιοι Ἑλλήνων μούνοισι Λακεδαιμονίοισι. οἱ νεώτεροι αὐτέων τοῖσι πρεσβυτέροισι συντυγχάνοντες εἴκουσι τῆς ὁδοῦ καὶ ἐκτράπονται, καὶ ἐπιοῦσι ἐξ ἕδρης ὑπανιστέαται. cf. Cic. de Senect. 18. Deinde apud Stob. οἵ τε παλ. apud Theognid. Bekkerus et Welckerus ediderunt τοί τε, quanquam Codd. D. E. F. G. H. K. L. M. N. O. habent οἵ τε π.

Vs. 41. μεταπρέπει Trinc. et Theogn. μετατρέπει habent ceteri Stobaei libri, nullius pretii lectionem.

Vs. 42. βλάπτειν — αἰδοῦς κ. τ. λ. Franckius memorabilem vocat hunc usum genitivi. Sed nihil offendit Schaefero interprete, βλάπτειν i. q. στερεῖν. Sic etiam Theognis 223. κεῖνός γ' ἄφρων ἐστί, νόον βεβλαμμένος ἐσθλοῦ.

Geben dem Nahenden Raum, und die Bejahrteren selbst;
Alternd erglänzt er vor allen im Volk, und keiner erkühnt sich
Ihm je Kränkung an Ehr' oder an Rechte zu thun.
Solcher Verherrlichung Gipfel versuche denn jeglicher Mann itzt
Kühn zu erklimmen, und nie lass er vom Männergefecht.

Vs. 44. *θυμῷ* A. B. *θυμὸν* Voss. Trinc. Illud unice verum. — Deinde pro *μεθιεὶς* sola librarii negligentia *μεθεὶς* B. *πόλεμον* omnes Codd. *πολέμου* Gesneri in margine et Ursinus. Franckius unice Homericum esse dicit *μεθιέναι πολέμου*, vulgatum *μεθιέναι πόλεμον* ne Graecum quidem. Sed Franckio refragatur Schaeferus: De usu illo Homerico non repugno; sed *μεθιέναι πόλεμον* non dicam barbarum. Valckenarius ad Euripid. Phoen. p. 189. b: „inter alias haec etiam est optimae frugis observatio Rich. Dawes. Miscell. crit. p. 238. 239. activum *μεθίημι* accusativo coniungi, medium *μεθίεμαι* cum casu secundo.“ Quod si forte proprium dicas Atticorum poetarum, audi Dammium in Lexico Homerico col. 937. v. *μεθίημι*: „hoc verbum *activum* solet habere accusativum, nisi subintelligenda est ellipsis *τοῦ τι*. *medium* vero habet genitivum.“ Quamquam h. l. accusativum cedere genitivo facile patior. — Haec Schaeferus. Sane plerumque apud Homerum reperitur *μεθιέναι ἀλκῆς*, *πολέμου*, *μάχης*, sed hinc minime sequitur eadem loquutione usum esse Tyrtaeum, praesertim quum *μεθιέναι*, significans *remittere*, *relinquere*, apud eundem Homerum cum accusativo coniungatur: ita Il. *γ*, 414. Od. *ε*, 471. *ο*, 212. imprimis *α*, 77. *Ποσειδάων δὲ μεθήσει ὃν χόλον.*

9.

Πρὶν ἀρετῆς πελάσαι τέρμασιν ἢ θανάτου.

10.

Αἴθωνος δὲ λέοντος ἔχων ἐν στήθεσι θυμόν.

Ad fragm. 9. Plutarch. de Stoicorum repugnantiis c. 14. καὶ τὸ Τυρταίου, τὸ Πρὶν ἀρετῆς κ. τ. λ. καίτοι τί ταῦτα βούλεται δηλοῦν ἄλλο, πλὴν ὅτι τὸ μὴ ζῆν λυσιτελέστερόν ἐστι τοῦ ζῆν τοῖς κακοῖς καὶ ἀνοήτοις; — Brunckius Anal. I. p. 63. post πρίν tacite inseruit particulam γ', eumque sequutus est Franckius, qui eandem particulam apud Homerum addendam putat, ubicunque πρίν ante vocabula, quae digamma non haberent, productum reperiatur, sive in arsi sive in thesi. Sed talis est vox dictatoris philologi, non persuadentis vel medentis. Quis enim Franckio obsequutus omnes locos Homericos corruptos habere velit, qui Tyrtaei versus simillimi particulam πρίν in arsi habent productam? Ut Iliad. β, 348. π, 839. φ, 179. 340. ω, 245. Odyss. δ, 254. ν, 192, ο, 210. 394. ρ, 105. τ, 475. Itaque prudentius videtur Tyrtaei quoque locum intactum relinquere.

Ad fragm. 10. Galen. περὶ Ἱπποκράτους καὶ Πλάτωνος δογμάτων, Operum Vol. I. p. 267. ed. Basil. Ὀρφέως καὶ Ἐμπεδοκλέους καὶ Τυρταίου καὶ Στησιχόρου καὶ Εὐριπίδου καὶ ἑτέρων ποιητῶν ἐπῶν μνημονεύει [Χρύσιππος], ὁμοίαν ἐχόντων ἀτοπίαν. οἷον καί, ὅταν εἴπῃ Τυρταῖον λέγοντα· Αἴθωνος δὲ λέοντος κ. τ. λ. ὅτι μὲν γὰρ ἔχει ὁ λέων θυμόν, ἀκριβῶς ἅπαντες ἄνθρωποι καὶ πρὶν ἀκοῦσαι Τυρταίου γιγνώσκομεν. — *Αἴθωνα* sive *ardentem*, διάπυρον appellat leonem non solum de pellis colore flavo, sed imprimis de eius animo fervido et impetuoso, τὸν κατὰ

9.

Eh' er zum Ziele des Ruhms oder des To-
des gelangt.

10.

Tragend des funkelnden Leun unerschrockenes
Herz in dem Busen.

ψυχὴν ἔμπυρον, Etymologo M. interprete. Apud Homer. Il. κ, 23 sq. *δέρμα λέοντος αἴθωνος* de pellis colore intelligi videtur; sed λ, 548 sq. *ὡς δ' αἴθωνα λέοντα βοῶν ἀπὸ μεσσαύλοιο ἐσσεύοντο κύνες* κ. τ. λ. ad animum maxime referendum est epitheton, quemadmodum σ, 161. *ὡς δ' ἀπο σώματος οὔτι λέοντ' αἴθωνα δύνανται* κ. τ. λ.

ΕΜΒΑΤΗΡΙΩΝ.

11.

⏑⏑ ⏑́⏑ ⏑⏑ — | ⏑⏑ ⏑́⏑ ⏑

Ἄγετ', ὦ Σπάρτας εὐάνδρου,
κοῦροι πατέρων, πολιῆται,
λαιᾷ μὲν ἴτυν προβάλεσθε

Ad fragm. 11. Dio Chrysost. T. I. p. 92. ed. Reisk. Ἔτι δὲ οἶμαι τὴν παρακλητικὴν, οἷα τῶν Λακωνικῶν ἐμβατηρίων, μάλα πρέπουσαν τῇ Λυκούργου πολιτείᾳ καὶ τοῖς ἐπιτηδεύμασιν ἐκείνοις. Ubi Schol. monet haec παρακλητικὰ esse ἐκ τῶν Τυρταίου. cf. Tzetzae Chil. I, 26, 692. sqq. — Versus sunt anapaestici dimetri catalectici vel paroemiaci, ad quod metri genus primus eos revocavit Theodorus Canterus Varr. Lectt. I, 10. deinde Thierschius Act. Monac. I. p. 217. III. p. 646. Hermannus ad Viger. p. 935. sq. cf. Boeckh. de metris Pindari p. 130.

Vs. 1. 2. Thierschius l. c. utriusque versus extrema verba non solum transposuit, sed etiam εὐάνδρου contra Dionis atque Tzetzae auctoritatem mutavit in εὐάνδρων, ita interpungens:

> ἄγετ' ὦ Σπάρτας πολιᾶται,
> κοῦροι πατέρων εὐάνδρων.

Sed Hermannus: „Ordo verborum, inquit, in primis versibus, is valde dubitari potest an non sit mutandus, etiam si ab omni alia correctione abstineas. Nam si sic interpungas:

> ἄγετ', ὦ Σπάρτας εὐάνδρου,
> κοῦροι πατέρων, πολιῆται,

cives Spartani vocabuntur filii patrum, i. e. digni patribus filii, quae ratio loquendi minime ab usu Graecorum abhorret. Ut apud Sophoclem in Electra 365.

> νῦν δ' ἐξὸν πατρὸς
> πάντων ἀρίστου παῖδα κεκλῆσθαι καλοῦ
> τῆς μητρός.

11.

Wohlauf! ihr der muthigen Sparta
Ihr der Väter untadliche Söhne,
Mit der Linken erst haltet den Schild vor,

Quod si tamen aliquid mutandum sit, longe facillima in promptu est correctio:

ἄγετ᾽, ὦ Σπάρτας εὐάνδρου
κοῦροι πατέρων πολιητᾶν."

Σπάρτας omnes libri Dionis atque Tzetzae Cod. B. et A. in quo manus secunda mutavit σπάρτης, quod legitur in editione Basil. πατέρων, quod primus restituit Th. Canterus ex corrupto πρῶτον vel πρότερον, postea corfirmatum est auctoritate Codicis Regii, a Morellio consulti, omniumque librorum apud Tzetzam.

Pro πολιῆται Thierschius parum feliciter scripsit πολιᾶται. Sed illud certe quod ad dialectum attinet, ut Hermannus ait, nullo modo debebat mutari. Similiter in oraculo Dorice concepto apud Plutarch. institut. Lac. c. 41. et Diodori Excerpt. Vat. p. 3. φιλοχρηματία, non φιλοχραματία, in legis quadam Spartanorum formula apud Plutarch. Lycurg. c. 6. ἀποστατῆρας, non ἀποστατᾶρας. — Absurda eademque falsissima est Reiskii interpretatio: „πρῶτον πολιῆται videtur bene habere, *primum canescentes*, quibus prima canities obrepit."

Vs. 3. Dionis libri volgo habent μέντοι ἴτυν, quod metro repugnat. Sed syllaba τοι non solum abest a Dionis editione Veneta, sed etiam ab omnibus Tzetzae libris. — προβάλεσθε habent Dionis libri idque recte· προβάλλεσθε vulg. apud Tzetzam, cuius cod. B. exhibet προβάλλοντες. Thierschius scribendum proposuit προβαλέ-

δόρυ δ' εὐτόλμως πάλλοντες,
5 μὴ φειδόμενοι τᾶς ζωᾶς·
οὐ γὰρ πάτριον τᾶς Σπάρτας.

12.

⏑⏑ ⏑́ ⏑⏑ – | ⏑⏑ ⏑́ ⏑⏑ – ‖ ⏑⏑ ⏑́ ⏑⏑ – | ⏑⏑ ⏑́ ⏑
Ἄγετ', ὦ Σπάρτας ἔνοπλοι κοῦροι, ποτὶ τὰν Ἄρεως κίνασιν.

σθαι. Sed verissime in hanc coniecturam animadvertit Hermannus praegresso ἄγετε multo aptiorem esse imperativum.

Vs. 4. Hermannus: „inseri in hoc versu debebat particula δέ, non solum hiatus tollendi caussa, sed etiam quod ea in tali oppositione necessaria est: commemorantur enim sinistrae dextraeque manus officia." Quae quam recte sint perspecta, inde potissimum apparet, quod in Dionis et Tzetzae libris re vera post δόρυ positum est δ', a Klotzio solummodo, Brunckio, Thierschio (Act. Monac. I. p. 217. sed ab eodem restitutum III. p. 646.) aliisque nescio quibus temere omissum. Extremo versu omnes et Dionis et Tzetzae libri praebent βάλλοντες, quod propter praecedens προβάλεσθε vix tolerandum. Lenissimam igitur Thierschius adhibuit medicinam, πάλλοντες, Hermanno quoque comprobatam. G. Bernhardyus Syntax. Gr. p. 457. vulgatum βάλλοντες retinuit, atque totam sententiam pro zeugmate grammatico habuit. Est sane zeugma, quoniam imperativus πρόβαλεσθε spectat quum ad ἴτυν tum ad δόρυ, sed ineptum fuerit, si quis iam explicandi caussa addere velit participium βάλλοντες, aptissimum vero πάλλοντες, *vibrantes*. Quam ob rem Thierschius post hunc versum sine iusta ratione versiculum deesse coniecit, qui structurae a verbis δόρυ δὲ incipientis exitum habuerit.

Vs. 5. Apud Dionem legitur φειδόμενοι ζωᾶς, sine articulo, quem primus, metro flagitante, restituisse videtur Canterus. Apud Tzetzam magis etiam corruptum: μὴ φείδεσθε ζωᾶς.

Und den Speer dann schleudert mit Kühnheit,
Nicht ängstlich besorgt ums Leben;
Denn das ist ja Spartas Gebrauch nicht.

12.

Auf, Spartas gerüstete Jünglinge, auf, ins Gedränge des furchtbarn Ares.

Vs. 6. Apud Dionem vulgo hic nihil legitur nisi *περὶ πάτρας*, sed in ed. Venet. *οὐ γὰρ πατρὶ τᾶς σπάρτας*, unde Canterus veram lectionem refinxit: *οὐ γὰρ πάτριον τᾶς Σπάρτας*. Favet etiam scriptura Codicis Reg. *οὐ γὰρ πρὶν τᾶς σπάρτας*, ea quidem orta ex compendio *πριον* pro *πάτριον*. Denique accedit Tzetzae lectio, *οὐ γὰρ πάτριον τᾷ Σπάρτᾳ*, ubi dativus quomodo ex genitivo profectus sit facillimus est explicatu.

Ad fragm. 12. Hephaestion. Enchirid. p. 46. ed. Gaisford. *τὸ μέντοι τὸν σπονδεῖον ἔχον, ἀλλὰ μὴ τὸν ἀνάπαιστον παραλήγοντα, εἰσὶ οἳ Λακωνικὸν καλοῦσι, προφερόμενοι παράδειγμα· Ἄγετ', ὦ Σπάρτας κ. τ. λ.* — Extremo versu recepimus quod Gaisfordius ex Codd. edidit. Sed D habet *Ἄρεος κίνησιν*. *Ἄρεος* etiam retinuit Boeckhius de Metris Pindari p. 130, nescio, quam ob caussam.

ASIUS SAMIUS.

L. S.

Hanc commentationem *de Asio Samio poeta elegiaco atque epico* ex Seebodii Diario philologico a. 1830. nr. 23. repetendam curavimus, nonnullis locis paullulum immutatam atque auctam, aliis correctam atque mendis potissimum typographicis purgatam.

ASIUS Samius, Amphiptolemi filius[1]), antiquissimus quidem ab Athenaeo designatur poeta[2]), sed quonam temporis spatio floruerit, nemo scriptorum veterum indicavit. Interea hoc tamen verisimillimum esse videtur, Asii aetatem haud ita multum ab Olympiadum initio abfuisse, propterea quod Pausanias (IV, 2, 1.) una cum Hesiodi Eoeis, carmine Naupactio, Cinaethonis genealogiis Asium quoque laudavit auctorem vum genealogicarum: *Πυθέσθαι δὲ σπουδῇ πάνυ ἐθελήσας, οἵτινες παῖδες Πολυκάονι ἐγένοντο ἐκ Μεσσήνης, ἐπελεξάμην τάς τε Ἠοίας καλουμένας καὶ τὰ ἔπη τὰ Ναυπάκτια, πρὸς δὲ αὐτοῖς ὁπόσα Κιναίθων καὶ Ἄσιος ἐγενεαλόγησαν.* Praeterea Apollodorus (Bibl. III, 8, 2.) Eumelum, Hesiodum, Asium et Pherecydem testes antiquissimos provocavit; unde intelligitur non veram esse Valckenarii annotationem in Diatribe Euripidea p. 58 sq. Asii carmen epicum nulli eorum, qui nobis supersint, fuisse

---

1) Pausan. VII, 4, 2. cf. II, 6, 2. ubi tamen pro *Ἀμφιπτολέμου* in utroque cod. Vindob. perperam legitur *Ἀμφιπολέμου*, in Mosq. *Ἐμφιπολέμου*.

2) Athen. III. p 125. B. *κατὰ τὸν Σάμιον ποιητὴν Ἄσιον τὸν παλαιὸν ἐκεῖνον.*

lectum, praeterquam Pausaniae: quanquam certissimum est Asii fragmenta, quae ab aliis, atque Apollodoro et Pausania, scriptoribus servata sunt, non ex ipso fonte, sed ex rivulis potius inde deductis esse repetita.[3])

Ex verbo *γενεαλογεῖν*[4]), quo Pausanias Asii carmina accuratius designavit, luculenter apparet eorum argumentum ad *genealogias* sive deorum sive heroum hominumque spectasse. Sed accedunt etiam ipsa Asii fragmenta, in quibus fabulae heroogonicae tractantur. Iam Gu. Ern. Weberus in interpretatione poëtarum elegiacorum p. 449 pro certo affirmat Asii genealogias ad Cyclum epicum referendas, cuius tamen ipse notionem magis vagam quam certis finibus circumscriptam animo suo informasse videtur. Etenim Franciscus Wüllnerus in libello exquisitae doctrinae plenissimo *de Cyclo epico poetisque cyclicis* p. 14. probabiliter ostendit initio quidem cyclum nonnisi mente conceptum extitisse, ita ut, quisquis carmina, quae in suo ordine disposita totam fabularem historiam serie continua et naturali complecterentur, eorumque argumenta cognita habuisset, eadem quasi in cyclum quendam redacta sibi cogitaret; postea autem, Grammaticorum aetate, sicut poetarum epicorum principum, qui canonem constituebant, ita etiam cyclicorum indices esse confectos. Quaenam et quorum poetarum carmina ad cyclum epicum pertinuerint, non ubique ad liquidum perduci potest. Sed quoniam heroes magnam vel potius maximam mythologiae partem continent, in cyclo carmen, quod originem et historiam eorum breviter universeque pertractaret, non

3) V. Heynii indicem scriptorum ab Apollodoro laudatorum p. 353.
4) Similiter Pausanias II, 3. 7. de solo Cinaethone: *ἐγενεαλόγησε γὰρ καὶ οὗτος ἔπεσι.* cf. VIII, 53, 2. Veram explicationem iam proposuerat G. I. Vossius de Poëtis Graecis, Operum Vol. III. p. 225. „*ἐγενεαλόγησε*, sive genealogias conscripsit."

temere iudicat Wüllnerus p. 45. desideratum esse. Iam vero genealogia heroum canebatur in Hesiodi Magnis Eoeis, in Cinaethonis Asiique genealogiis et in carmine Naupactio, quod Wüllnero cyclicis annumerandum esse videtur. Mirum est a Wüllnero nullam omnino Asii mentionem esse factam, praesertim quum hunc poetam in cyclo fuisse iam plures [5]) existimaverint. Nobis quidem valde dubium esse videtur, utrum carmen Naupactium an Asii genealogiae poematis cyclicis assignandae sint. Neque assentimur C. G. Müllero, qui in dissertatione *de Cyclo Graecorum epico* p. 36. Heroogoniam omnino in Cyclo fuisse negat; id quod rerum mythicarum apud Graecos naturae ac rationi refragatur.

A. F. Naekius, praeceptor meus eruditissimus, in praestantissima Choerili editione p. 64. magna cum probabilitate demonstravit Homerico sermone post Homerum sive post Homeridas loquutos esse epicos poëtas omnes, inter eosque recensuit etiam Asium Samium, in cuius fragmentis partim iocosa magniloquentia, partim epica quaedam simplicitas appareat. Itaque idem p. 76. hexametros, apud Athenaeum XII. p. 525. F. superstites, non in carmine epico heroico, sed in minore quodam poemate, in quo artificiosior et comicus ille Margitae color placuerit Asio, scriptos fuisse sagaciter perspexit.

Iam praeter epicum genus Asius Samius elegiacam quoque poesim excoluisse putandus est, in qua illum sane iocosam quandam loquendi rationem sequutum esse declarat fragmentum ab eodem Athenaeo servatum.

---

5) Praeter Weberum v. Groddeckium in hist litt. Gr. I. p. 37. Naekium ad Choerilum p. 64. Passovium in epitome hist. litt. Gr. et Lat. p. 66. Schoellium in hist. litt. Gr. I. p. 128. ed. Germ.

ΑΣΙΟΥ ΣΑΜΙΟΥ ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

ΤΩΝ ΕΛΕΓΕΙΩΝ.

1.

Athen. III, 99. p. 125. B. D.

Κνισολοῖχος γάρ τις εἶ καὶ κατὰ τὸν Σάμιον ποιητὴν Ἄσιον τὸν παλαιὸν ἐκεῖνον καὶ κνισοκόλαξ. — Τὰ μὲν οὖν τοῦ Ἀσίου, ἔφη ὁ Μυρτίλος, ἔπη ταῦτ' ἐστι·

Χωλὸς, στιγματίης, πολυγήραος, ἶσος ἀλήτῃ,
ἦλθεν κνισοκόλαξ, εὖτε Μέλης ἐγάμει,

Hinkend, gebrandmarkt, hoch schon ergraut, einem Bettler vergleichbar,
Rückt der Schmarotzer heran, just als sich Meles vermählt,

Ad fragm. 1. vs. 1. ἶσος recte scribitur in Codice P. quoniam syllaba penultima huius vocabuli apud poetas epicos et elegiacos antiquissimos semper producitur, velut hoc etiam loco. Vulg. ἴσος.

Vs. 2. ἦλθεν κνισοκόλαξ, ita Cod. B. quocum consentit C. nisi quod ν ἐφελκυστικόν omissum est in ἦλθε. Schweighaeuserus et Dindorfius ex Codd. et edd. A. P. V. L. scripserunt ἦλθεν ὁ κνισοκόλαξ. Sed articulus aliquid offensionis habet in carmine tam antiquo, quam ob caussam alteram lectionem meliorem ac veriorem esse censemus. Praeterea in Cod. C. κνισσοκόλαξ scribitur duplicato σ, in ceteris κνισοκόλαξ, quod confirmat Phrynichus in Bekkeri Anecdotis I. p. 47, 10. *Κνισοκόλαξ, τὸν οὐδενὸς ἀγαθοῦ κόλακα, τοῦ αἰσχίστου δὲ πάντων.* — Quinam fuerit Meles, utriusque distichi tanquam heros, in medio relinquitur. Nimirum Homeri pater vix fuisse videtur.

ἄκλητος, ζωμοῦ κεχρημένος, ἐν δὲ μέσοισιν
ἥρως εἱστήκει βορβόρου ἐξαναδύς.

Nicht ein gerufener Gast, nach der Brühe sich
sehnend, auf einmal
Stand in der Mitte der Held, wie er dem
Schlamm sich entwühlt.

ΤΩΝ ΕΠΩΝ.

2.

Athen. XII, 30. p. 525. E. F.

Περὶ δὲ τῆς Σαμίων τρυφῆς Δοῦρις ἱστορῶν παρατίθεται Ἀσίου ποιήματα, ὅτι ἐφόρουν χλιδῶνας περὶ τοῖς βραχίοσι καὶ τὴν ἑορτὴν ἄγοντες τῶν Ἡραίων ἐβάδιζον κατεκτενισμένοι τὰς κόμας ἐπὶ τὸ μετάφρενον καὶ τοὺς ὤμους. τὸ δὲ νόμιμον τοῦτο μαρτυρεῖσθαι καὶ ὑπὸ παροιμίας τῆσδε, Βαδίζειν Ἡραῖον ἐμπεπλεγμένον. ἔστι δὲ τὰ τοῦ Ἀσίου ἔπη οὕτως ἔχοντα·

Οἱ δ' αὔτως φοίτεσκον, ὅπως πλοκάμους κτενίσαιντο,

Vs. 3. ἄκλητος, intellige hospitem, qui invocatus apparebat in convivio nuptiali. — ζωμοῦ κεχρημένος, *iusculi egens, iusculi desiderio captus*, ut apud Homer. Od. ξ, 124. ἀλλ' ἄλλως κομιδῆς κεχρημένοι ἄνδρες ἀλῆται ψεύδοντ'. — Sed comicus color etiam augetur, si quis meminerit Odyss. α, 13. τὸν δ' οἶον, νόστου κεχρημένον ἠδὲ γυναικός.

Ad fragm. 2. vs. 1. αὔτως scribendum videtur, non αὕτως, quod Schweighaeuserus et Diodorfius praetulerunt. Buttmannus quidem Lexilog. I. p. 34. sqq. veterum grammaticorum praeceptum, αὕτως idem esse quod οὕτως, confirmare studuit, sed frustra, quatenus ad Homerum et poetam quemque antiquissimum pertinet, quippe quod parum simplex esse videatur. Itaque Wolfius etiam in novissima

εἰς Ἥρης τέμενος, πεπυκασμένοι εἵμασι καλοῖς,
χιονέοισι χιτῶσι, πέδου χθονὸς εὐρέος ἄχρι,

Iliadis editione ubique scripsit *αὔτως*, et Hermannus ad Viger. p. 736. ei astipulatus demonstravit *αὔτως*, quod proprie est adverbium pronominis *αὐτός*, primo significare *hoc ipso modo*; secundo, quum ad statum, qui antehac fuerit, referatur, notare *adhuc*, *noch*, quum autem ad praesentem statum, *ut nunc sum, gleich so*; atque ex hac significatione derivari alias. cf. Hermanni Opusc. I. p. 338. sqq. — *φοίτεσκον*, ita editiones et aliquot, ut videtur, Codices a Dindorfio consulti; sed Cod. A. *φοιτέεσκον*, quod metro adversatur. Ceterum notatu digna est forma frequentativa *φοιτέσκω* quae in Lexicis desideratur. — *ὅπως* ... *κτενίσαιντο*, *ut primum, simul ac, postquam capillos sibi compserunt*. Similiter *ὅκως* cum optativo coniunctum significationem habet temporalem apud Herodot. I, 17. *ὅκως μὲν εἴη ἐν τῇ γῇ καρπὸς ἁδρὸς, τηνικαῦτα ἐσέβαλλε τὴν στρατιήν*. VII, 119. *ὅκως δὲ ἀπίκοιτο ἡ στρατιὴ, σκηνὴ μὲν ἔσκε πεπηγυῖα ἑτοίμη*.

Vs. 2. *Ἥρης*, forma epica, reponenda pro vulg. *Ἥρας*.

Vs. 3. Ante hunc versum qui vulgo sic legitur:

χιονέοισι χιτῶσι πέδον χθονὸς εὐρέος εἶχον,

Dindorfius veretur ne qua exciderint; quod iam ante eum coniecit Hermannus in censura Choerili Naekiani Ephemeridibus Lips. inserta a. 1817. No. 279. p. 2230. quippe qui, nisi versus ante hunc exciderit, legendum proponat:

πεπυκασμένοι εἵμασι καλοῖς,
χιονέοισι χιτῶσι, πέδου χθονὸς εὐρέος ἄχρι.

Et quoniam Delecampius hunc versum Latine ita expresserat: *terraeque late niveis tunicis solum radebant*, Jacobsius in Exercitationibus crit. I. p. 121. suspicatur illum fortasse legisse *εὐρὺ ἔσαιρον*, quod tamen nimis a veteris scripturae vestigiis recedere bene iudicat Schweighaeuserus, cui prae

χαῖται δ' ἠωρεῦντ' ἀνέμῳ χρυσέοις ἐνὶ δεσμοῖς,

ceteris placet Westoni certissima quam autumat coniectura in Hermesianact. p. 44. ἶκον proponentis pro εἶχον, et provocantis ad exemplum Homericum οὐρανὸν ἶκον. Naekius ad Choeril. p. 74. immanem suspicatus soloecismum inesse in verbis χθονὸς εὐρέος (quam tamen sententiam ipse in Addendis reprobavit), lenissimo sane medicamento accusativum πέδον mutavit in genitivum πέδου, ad quem referendum sit adiectivum εὐρέος. Et si quis alia exempla desideret, ubi ἔχειν sic cum genitivo positum sit, hoc inter ea numerandum esse putat, quae etiam sine exemplis ferri possint, praesersim in poëta tam antiquo. Quod autem ad Westoni coniecturam atinet, Naekius acutissime perspexit mirum quantum interesse inter Homerica exempla Iliad. α, 317. β, 153. et illud, quod velit ab Asio scriptum esse. Iam vero Hermannum minus offendit soloecismus quam particulae desiderium, qua hic versus coniungatur cum praecedentibus, ita ut nobis in eius coniectura et simplicissima et commodissima acquiescendum videatur: πέδου χθονὸς εὐρέος ἄχρι.

Vs. 4. 5. Nemo intelligit, quonam in vulgari horum versuum ordine referendus sit genitivus αὐτῶν; quam ob caussam Naekius rectissime, ut nobis quidem videtur, hos versus transposuit, ita ut αὐτῶν (cuius vice minus probabiliter dedit αὐτέων. v. Thiersch. Gramm. Gr. p. 278.) iam spectet ad praecedentes χαίτας. Explica: *Comae vento ferebantur, aureis fibulis adstrictae, super iisque aurei tutuli quemadmodum cicadae.*

Vs. 4. χαῖται δ' ἠωρεῦντ' ἀνέμῳ, ita Casaubonus in Animadv. p. 839. (minus recte ad p. 525. ἠώρηντ') emendavit quae in Codd. corrupta leguntur: χαῖται δωρευτανέμω in P. V. L. χαῖται δ' ὠρευτανέμω in A. Similiter fere Hesiod. Scut. 225. θύσανοι δὲ κατηωρεῦντο φαεινοὶ χρύσειοι. 234. ἐπὶ δὲ ζώνῃσι δράκοντε δοιὼ ἀπῃωρεῦντ'. Orphei Argon. 1224. sq. ἀπὸ κρατὸς γὰρ ἔθειραι πυρσαῖς ἀκτίνεσσιν

χρύσειαι δὲ κόρυμβαι ἐπ' αὐτῶν τέττιγες ὥς·
δαιδάλεοι δὲ χλιδῶνες ἀρ[ιπρεπέες ἐφάν]ησαν,
ἀμφιβραχιονίσαντες ὑπασπίδιον πολεμιστήν.

ἀλίγκιοι ᾐώρηντο. Naekius in hac Casauboni emendatione acquiescens, Westoni hoc quoque loco quod fecit periculum irritum reddit: χαῖται δ' ἐῤῥώοντ' ἀνέμῳ, ad Homer. Iliad. ψ, 367. respicientis; ibi nimirum equi, quorum χαῖται δ' ἐῤῥώοντο μετὰ πνοιῇς ἀνέμοιο, celeriter currunt; Samii autem apud Asium procedunt lento gressu.

Vs. 5. κόρυμβαι V. L. κορύμβαι B. P. Deinde pro: ἐπ' αὐτῶν τέττιγες ὥς, in B. pessima verborum transpositione legitur: καὶ τέττιγες ἐπ' αὐτῶν ὥς. Κορύμβα autem vel κόρυμβος, i. q. κρωβύλος, significat tutulum quendam comarum. Varro de lingua Lat. VII. p. 330. ed Spengel. *Tutulus appellatus ab eo, quod matres familias crines convolutos ad verticem capitis quos habent uti velatos dicebantur Tutuli.* Apud Thucyd. I, 6. antiquissimi Athenienses describuntur χρυσῶν τεττίγων ἐνέρσει κρωβύλον ἀναδούμενοι τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ τριχῶν. Unde cognoscitur Athenienses tutulum adornasse aureis cicadis inflectendis, minime, ut vulgo opinantur, tutulo ipsi speciem fuisse cicadae. Jam sane neminem, ut spero, offendet Asii poetae sententia, quippe qui tutulos appellaverit aureos eosque comparaverit cum cicadis; quanquam revera aureae cicadae tutulo erant inflexae, a quibus omnis comarum cultus denominaretur. Verus igitur atque infucatus sensus est hicce: *Tutuli, aureis cicadis ornati, ipsi aurei et cicadarum similes esse videbantur.*

Vs. 6. 7. δαιδάλεοι scribendum pro Codicum editionumque lectione δαιδαλέοι, docente Herodiano περὶ μονήρους λέξεως p. 4. 7. ed. Dindorf. τὸ μέντοι δαιδάλεος τρίτην ἀπὸ τέλους ἔχει τὴν ὀξεῖαν. — Deinde Cod. A. ἀμφὶ βραχίοσιν ησαντες — P. V. L. ἀμφιβραχίοσι νήσαντες. Hinc Casaubonus prudenter quidem elicuit ἀμφὶ βραχίοσιν ἦσαν, sed minus accurate Codicum vestigia impressit in

sequentibus, ὥςπερ ὑπασπιδίῳ πολεμιστῇ. Schweighaeusero perspicuum videtur sextum versum olim exisse in haec verba, βραχίοσιν ἦσαν, sed ab illo verbo ἦσαν, omissis nonnullis, aberrasse librarium ad aliud verbum paullo post positum, quod in ησαντες aut in aliquid tale desierit. Dindorfius lacunam ita indicavit:

> δαιδάλεοι δὲ χλιδῶνες ἄρ' ἀμφὶ βραχίοσιν ἦσαν
> * * * * * τες ὑπασπίδιον πολεμιστήν.

In poetae, quod inest in verbis ὑπασπίδιον πολεμιστὴν, acumen primus penetrarit Naekius p. 76. quippe qui illis verbis lucem attulerit ex versu 2. ita explicans: „Ὑπασπίδιον πολεμιστὴν eum iocose appellat Asius, qui veste utitur longa, ad terram pertinente. Homerus: ὑπασπίδια προβιβῶντος.“ Utrumque vero versum ita disposuit:

> δαιδάλεοι δὲ χλιδῶνες . . . . .
> ἀμφιβραχιονίσαντες ὑπασπίδιον πολεμιστήν.

Particulam ἄρ', quae in omnibus Codd. reperitur, inane versus fulcrum esse indicat, quale ab Asio profectum esse vix potuerit. Id tamen minus offenderit, siquidem apud ipsum Homerum particula ἄρα haud raro otiosa esse videtur. Sed bene coniecit Naekius particulam ἄρ' indicium habere vocis, quae olim legebatur, ἀριπρεπέες aut ἀρηρότες. Quae quidem eximii praeceptoris vestigia premens totum versum ita supplendum esse censeo:

> δαιδάλεοι δὲ χλιδῶνες ἀριπρεπέες ἐφάνησαν.

Deinde Naekius ex litterarum elementis ἀμφὶ βραχίοσιν ησαντες eruit participium ἀμφιβραχιονίσαντες, quod versum efficiat rotundissimum et iocosa Asii magniloquentia dignissimum sit. Provocat etiam cognata περιβραχιόνιον, βραχιονιστήρ. Iam facillimum est explicatu, quomodo extremae syllabae verbi ἐφάνησαν, quod supplevimus, et participii ἀμφιβραχιονίσαντες temere conglutinatae monstrosam protulerint lectionem ησαντες vel νήσαντες, unde paullatim cetera partim corrupta sunt, partim exciderunt. Totus igitur locus ita est interpretandus: *Artificiosae armillae eminentes apparebant, circumfundentes brachia militis loricati.*

*

ΤΩΝ ΓΕΝΕΑΛΟΓΙΩΝ.

3.

Pausan. II. 6. 2.

Λαμέδων γὰρ ὁ Κορώνου βασιλεύσας μετὰ Ἐπωπέα ἐξέδωκεν Ἀντιόπην. ἡ δὲ ὡς ἐς Θήβας ἤγετο τὴν ἐπ' Ἐλευθερῶν ἐνταῦθα καθ' ὁδὸν τίκτει, καὶ ἐπὶ τούτῳ πεποίηκεν Ἄσιος) ὁ Ἀμφιπτολέμου·*

Ἀντιόπη δ' ἔτεκεν Ζῆθον καὶ Ἀμφίονα δῖον
Ἀσωποῦ κούρη ποταμοῦ βαθυδινήεντος,
Ζηνί τε κυσαμένη καὶ Ἐπωπέϊ ποιμένι λαῶν.

Ad fragm. 3. vs. 1. ἔτεκεν scribendum, non ἔτεκε, quod vel ipse Siebelisius retinuit metro adversante. καὶ Ἀμφίονα, ita scribitur in Aldina, Siebelisio et Bekkero suffragantibus. Naekium p. 76. in vulgata offendit crasis inaudita κ' Ἀμφίονα, quam ob caussam coniecit Ζῆθόν τ' Ἀμφίονά θ' υἱόν. Sed Hermannus in censura laudata p. 2230. proposuit idem, quod ex editione Aldina in ordinem recepimus. Crasin nimirum hoc loco propter nomen proprium ferendam quidem, sed particulam καὶ plene scribendam esse censet. Attamen fortasse scribendum κἀμφίονα secundum exempla Inscriptionis Sigeae κἀγώ, κἀπίστατον. V. Boeckhii Corpus Inscr. Gr. Vol. I. p. 15. sqq. Buttmann, Gramm. I. p. 115. — Eandem rem Homerus Odyss. λ, 260. sq. ita descripsit:

Τὴν δὲ μετ' Ἀντιόπην ἴδον, Ἀσώποιο θύγατρα,
ἣ δὴ καὶ Διὸς εὔχετ' ἐν ἀγκοίνῃσιν ἰαῦσαι·
καί ῥ' ἔτεκεν δύο παῖδ', Ἀμφίονά τε Ζῆθόν τε, κ. τ. λ.

cf. Apollon. Argon. I, 735. Welcker. de Colonia Cretica Thebas deducta p. 82.

Vs. 3. Naekius scripsit κυσσαμένη pro vulg. κυσαμένη, quam quidem lectionem veram esse putamus, quoniam littera

*) Vulgo hic legitur Ἄγις, quod iam ante Valckenarium Diatrib. Euripid. p. 58. Gedoynus et Goldhagenus correxerant.

4.

Pausan. VIII, 1, 2.

Πεποίηται δὲ καὶ Ἀσίῳ τοιάδε ἐς αὐτὸν (Πελασγόν).

Ἀντίθεον δὲ Πελασγὸν ἐν ὑψικόμοισιν ὄρεσσιν
Γαῖα μέλαιν' ἀνέδωκεν, ἵνα θνητῶν γένος εἴη.

5.

Strabo VI, 1, 15.

Δοκεῖ δ' Ἀντίοχος τὴν πόλιν Μεταπόντιον εἰρῆσθαι πρότερον Μέταβον, παρωνομάσθαι δ' ὕστερον· τήν τε Μελανίππην οὐ πρὸς τοῦτον, ἀλλὰ πρὸς Δῖον κομισθῆναι, ἐλέγχειν ἡρῷον τοῦ Μετάβου, καὶ Ἄσιον τὸν ποιητήν, φήσαντα, ὅτι τὸν Βοιωτὸν

Δίου ἐνὶ μεγάροις τέκεν εὐειδὴς Μελανίππη,

ὡς πρὸς ἐκεῖνον ἀχθεῖσαν τὴν Μελανίππην, οὐ πρὸς τὸν Μέταβον.

6.

Schol. ad Odyss. δ, 797. p. 170. ed. Buttm.

Ἰφθίμη, κούρη κ. τ. λ. Οὕτως ἐκαλεῖτο κυρίως ἡ ἀδελφὴ τῆς Πηνελόπης· Ἄσιος δέ φησιν·

Κοῦραι τ' Ἰκαρίοιο Μέδη καὶ Πηνελόπεια.

Ἄνδρων δὲ Ὑψιπύλην λέγει.

ῠ per se iam producitur in verbo *χύειν*. v. Buttmanni Grammat. II. p. 177. sq. Hermann. de Aeschyli Danaid. p. XV.

Ad fragm. 4. vs. 2. Vulgo legebatur *θητῶν*, quod Naekius et Siebelisius emendarunt.

Ad fragm. 6. De Penelopae sorore poetae et scriptores Graeci sibi non constiterunt. Nonnulli nimirum illius nomen proprium fuisse contendunt *Ἰφθίμη*, quod alii pro epitheto habuere. Itaque Schol. Pal. refert: *Ἀμφιβάλλει*

7.

Pausan. II, 29, 4.

Φώκῳ δὲ Ἄσιος ὁ τὰ ἔπη ποιήσας γενέσθαι φησὶ Πανοπέα καὶ Κρῖσον, καὶ Πανοπέως μὲν ἐγένετο Ἐπειός, ὁ τὸν ἵππον τὸν δούρειον, ὡς Ὅμηρος ἐποίησεν, ἐργασάμενος. Κρίσου δὲ ἦν ἀπόγονος τρίτος Πυλάδης, Στροφίου τε ὢν τοῦ Κρίσου καὶ Ἀναξαβίας ἀδελφῆς Ἀγαμέμνονος.

8.

Pausan. VII, 4, 2.

Ἄσιος δὲ ὁ Ἀμφιπτολέμου Σάμιος ἐποίησεν ἐν τοῖς ἔπεσιν, ὡς Φοίνικι ἐκ Περιμήδης τῆς Οἰνέως γένοιτο Ἀστυπάλαια καὶ Εὐρώπη, Ποσειδῶνος δὲ καὶ Ἀστυπαλαίας εἶναι παῖδα Ἀγκαῖον, βασιλεύειν δὲ αὐτὸν τῶν καλουμένων Λελέγων. Ἀγκαίῳ δὲ τὴν θυγατέρα τοῦ ποταμοῦ λαβόντι τοῦ Μαιάνδρου Σαμίαν γενέσθαι Περίλαον καὶ Ἔνουδον καὶ Σάμον καὶ Ἀλιθέρσην καὶ θυγατέρα ἐπ᾽ αὐτῷ Παρθενόπην· Παρθενόπης δὲ τῆς Ἀγκαίου καὶ Ἀπόλλωνος Λυκομήδην γενέσθαι. Ἄσιος μὲν ἐς τοσοῦτον ἐν τοῖς ἔπεσιν ἐδήλωσεν.

9.

Pausan. IX, 23, 3.

Προελθόντι δὲ ἀπὸ τῆς πόλεως [Θηβῶν] ἐν δεξιᾷ πέντε που καὶ δέκα σταδίους τοῦ Ἀπόλλωνός ἐστι τοῦ Πτώου τὸ ἱερόν. εἶναι δὲ Ἀθάμαντος καὶ Θεμιστοῦς παῖδα τὸν Πτῶον, ἀφ᾽ οὗ τῷ τε Ἀπόλλωνι ἐπίκλησις καὶ τῷ ὄρει τὸ ὄνομα ἐγένετο, ὡς Ἄσιος ἐν τοῖς ἔπεσιν εἴρηκεν.

Ἀρίσταρχος, πότερον ἐπίθετον τὸ Ἰφθίμη ἢ κύριον. Asius eam nominavit Μέδην, Andro autem Ὑψιπύλην. Sic enim correxit Buttmannus corruptum δηπύλην, scholio innixus hocce: θυγατέρες (τοῦ Ἰκαρίου) δὲ Πηνελόπη καὶ Μέδη ἢ Ὑψιπύλη (Ὀψιπύλη) ἢ Λαοδάμεια.

10.

Apollodori Bibl. III, 8, 2.

Εὔμηλος δὲ καί τινες ἕτεροι λέγουσι Λυκάονι καὶ θυγατέρα Καλλιστὼ γενέσθαι. Ἡσίοδος μὲν γὰρ αὐτὴν μίαν εἶναι τῶν νυμφῶν λέγει, Ἄσιος δὲ Νύκτεως, Φερεκύδης δὲ Κήτεως.

11.

Pausan. V, 17, 4.

Ἄσιος δὲ ἐν τοῖς ἔπεσι καὶ Ἀλκμήνην ἐποίησε θυγατέρα Ἀμφιαράου καὶ Ἐριφύλης εἶναι.

12.

Pausan. III, 13. 5.

Θέστιον γὰρ τὸν Λήδας πατέρα Ἄρειός φησιν ἐν τοῖς ἔπεσιν Ἀγήνορος παῖδα εἶναι τοῦ Πλευρῶνος.

Ad fragm. 11. *Asii* nomen primus restituit Sylburgius, quem Facius, Siebelisius et Bekkerus sequuti sunt. In omnibus libris MSS. legitur *αἴσιος*.

Ad fragm. 12. *Ἄρειος* scribitur in omnibus libris, quod Valckenarius in Diatribe Eurip. p. 61. mutandum esse censuit in *Ἄσιος*. Sed recte Siebelisius: Nescio, inquit, an intelligi possit poeta Lacedaemonius ille, qui apud Antoninum Liberalem c. 12. vocatur *Ἀρεὺς ὁ Λάκων*, cuius ab eodem laudatur *ᾆσμα Κύκνος*. Apud Theocritum quoque XXII, 5. Leda appellatur *κούρη Θεστίας*.

CORRIGENDA.

Pag. 5. lin. 15. corrige Hesiodiae.
— 11. — 1. — Callisthenes
— 18. — 14. — sacrae
— 19. — 31. — quorundam
— 21. — 19. — Meinekius
— 28. not. lin. 3. — *μοῖραν*
— 31. lin. 2. — gemutheten
— 33. — 24. — certa
— 40. — 16. — *ἡγεμόνα*
— 41. — 28. — *referrent* pro *spectarent*
— 47. — 22. — XXIII. pro XXXIII.
— 49. — 7. post *neque* insere *solum*
— 56. — 4. corrige ut
— 57. — 17. — acceptis
— — — 18. — Ionia
— 61. — 5. — *ἐπιμελῶς*
— 62. — 3. — *deinde* pro *denique*
— 68. not. lin. 1. — Eueni
— 73. lin. 4. — *quia* pro *qui*
— — — 12. — *κίνησιν*
— 74. — 19. dele comma post *ἄπερ*.
— 79. not. lin. 6. corrige *Cephissum*.
— 87. not. lin. 17. post *tamen* pone comma.
— 89. — — extrema corrige *quonam*
— 91. lin. 9. corrige wohlkundig
— 95. not. ad vs. 1. lin. 3. corrige orsa
— 96. lin. 2. corrige *ἴσε'*
— 97. — 3. — Betteln
— 100. not. ad vs. 17. lin. 2. corrige facere
— 107. lin. 9. corrige umpfahend
— 120. — 4. — *μειλιχόγηρυν*
— 124. — 6. — *πᾶσα*
— 126. not. ad vs. 39. lin. 12. corrige fere.